BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

FRAGMENTA
POETARVM LATINORVM

EDIDIT
W. MOREL

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

FRAGMENTA
POETARUM LATINORUM
EPICORUM ET LYRICORUM

PRAETER ENNIUM ET LUCILIUM

POST AEMILIUM BAEHRENS
ITERUM EDIDIT
WILLY MOREL

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXXVII

PRAEFATIO

Quid in hoc libro mihi proposuerim titulus ipse indicat. Anno 1886 Aemilius Baehrens **FRAGMENTA POETARUM ROMANORUM** ita ediderat, ut nequaquam virorum doctorum plausum ferret. Atque in Ennio quidem et Lucilio nemo iam hodie illam editionem consulit, postquam I. Vahlen et Fr. Marx suas horum poetarum editiones evulgaverunt. Contra aliorum poetarum epicorum et lyricorum reliquias inviti usque ad hodiernum diem in Baehrensiana editione legimus. Quibus vitiis hic liber laboret paucis exponam. Recepit ille plurimos versus a proposito syllogae alienos, nec solum tragicos vel comicos sed etiam exstantium poetarum Lucani Claudiani aliorum nonnullos, deceptus scilicet malis quibusdam fontium editionibus, in quibus illi sine auctorum nominibus afferuntur. Accedit quod in iis quoque fragmentis, quae iure editioni suae inseruit, varie peccavit professor Groningensis. Verborum enim crisin arbitrarie factitabat, falsis locis fragmenta nonnulla collocabat, exempla Graeca non ea qua par erat diligentia investigabat. Unum huiusce rei exemplum dedi in commentatiuncula Hermae volumini 61 inserta. Sunt quoque fragmenta quae ille neglecta litterarum historia false attribuit, sunt quae recipere omisit, ita ut toto opere non nisi summa cautione uti liceret. Quod cum ita se habere frequenti usu edoctus essem, constitui eam fragmentorum partem, quae adhuc probam editionem exspectaret, denuo recensendam suscipere. Augebat animum, quod multorum virorum doctorum operam pretiosis illis reliquiis egregie profuisse videbam. Ex his nul-

lum magis secutus sum quam Leonem, qui vetustiora saltem fragmenta paene omnia tribus libris et commentationibus complexus est, nempe inquisitione in versum Saturnium facta, historia litterarum Latinarum a. 1913 edita, paginis post auctoris mortem Hermae volumini 49 insertis. Ab huius summi viri opinione in versibus Sulla fere antiquioribus perraro deflexi. Nec tacenda C. Cichorii commentatio Naevio devota, cui debeo si quid boni in mea huius poetae recensione invenietur.

Quod ad numerum poetarum a me tractatorum attinet, omisi praeter Ennium et Lucilium etiam Varronem, cuius Satirae Menippeae profecto peculiari editione dignae sunt, omisi Licentii versus nunc in Augustini epistularum editione ab A. Goldbachero curata (C. S. E. L. 34) facile obvios, suppressi pauca praeterea de quibus in Appendice libelli certiorem fieri licet. Poetarum chorum non auxi nisi paucis Augustini Caelii Aureliani Incertorum versibus receptis. Nam ut poetas a Marxio (Dtsch. Lit.-Ztg. 9 [1888] p. 1366 sqq.) Rossbachio (Phil. Wchschr. 43 [1923] p. 624) aliis indicatos reciperem a me impetrare non potui. At nonnullorum poetarum iam a Baehrensio receptorum fragmentis nova quaedam accreverunt velut Ciceronis (in Mario), Apulei, Chalcidii, Incertorum.

Summi momenti mihi erat versus Graecos tot fragmentis inde a Livio Andronico usque ad Chalcidium conversos apponere, ut eluceret quid in exemplaribus Graecis Latino sermoni adaptandis praestiterint Romani, quid iis negatum fuerit. Ad ipsa fragmentorum verba constituenda me optimas scriptorum editiones adiisse vix est quod moneam. Magno mihi usui in hoc officio fuerunt volumina Thesauri l. L. hucusque edita. Apparatum criticum brevem esse volui nec facile librorum manu scriptorum discrepantiam recepi nisi ubi ad textum constituendum omnino necesse videbatur. Proprias coniecturas et in versibus et in lemmatis raro protuli neque credo quemquam lectorem exspectare

me ad sananda fragmenta toties a doctis tractata multum novi afferre potuisse. Breves interpretationes multis locis subdere non dubitavi, sed saepe fragmentorum editor ignorantiam confiteri coactus est. Fragmentorum numeros Baehrensianos cancellis inclusos meis addidi necnon paginae meae quibus Baehrensianis respondeant in margine superiori indicatum est. Gratias ago Societati ad sublevandas in Germania litteras conditae, quae ut tot aliis ita etiam huic libro stipe collata auxilium tulit.

Opus confectum omnibus quicumque litteris Latinis student utile visum iri et spero et confido.

Dabam Francofurti ad Moenum

W. M.

SIGLA

in apparatu critico usitata:

Bhr. = Baehrens Bue. = Buecheler
Cich. = Cichorius L. Mue. = Luc. Mueller
Scal. = Scaliger.

CARMEN SALIARE

(Cf. B. Maurenbrecher, Carminum Saliarium Reliquiae.)

divum † empta cante, divum deo supplicate. 1 (1 M.)

Varro ling. 7, 27 ab eadem voce (*sc.* Casmena) canite, pro quo in Saliari versu scriptum est cante, hoc versu: div. — suppl. ēpta *corruptum*; patrem *Maur.*, parentem *Bhr.* supplicate *Grotefend:* supplj cante. *Cf. Macr. 1, 9, 14* Saliorum antiquissimis carminibus deorum deus canitur.

---

quome tonas, Leucesie, prae tet tremonti 2
† quot ibet etinei de is cum tonarem. (6 M.)

Scaur. VII 28 K antiqui pro hoc adverbio (*h. e. pro coniunctione cum*) cume dicebant, ut Numa in Saliari carmine: cuine (*sic trad.*) — tonarem. **1** Cume *Putsch, sed grammaticus v. 8 disertis verbis dixerat adverbium per q scribi debere ut* quom legissem *e. q. s. Cf. Keilii app. crit. et Leo, Sat. Vers p. 40, 2.* tonas Leucesie *Bergk:* ponas Leucesiae. prae tet tremonti *idem e Festo p. 205 M (222 L)* Pretet tremonti praetemunt pe (praetremunt te *Mue.*): praetexere monti **2** quot ibe tet (*sic iam Havet*) e nubi deiscunt tonare *ex. gr. Leo. Cf. Macr. 1, 15, 14* Cum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde et Lucetium Salii in carminibus canunt.

---

cozeulodorieso. omnia vero adpatula coemisse. 3
ian cusianes duonus ceruses dunus Ianusve (2.3M.)
vet pom melios eum recum.

Varro ling. 7, 26 in multis verbis in quo[d] antiqui dicebant s, postea dicunt r, ut in carmine Saliorum sunt haec: coz. — recum. *Coniecturas, quibus his reliquiis mederi conati sunt viri docti v. apud Maur. p. 332, qui ipse post* Ianus *novum fragmentum inchoat.*

Prima littera ut e dittographia (antecedit haec) *nata delenda est. Ad tertiam litteram cf. Vel. VII 51 K de z littera:* mihi videtur nec aliena latino sermoni fuisse, cum inveniatur in carmine Saliari. *Litteris* zeul *'notionem solis subesse . . . consentiunt docti' Maur., qui* O Zol *scribit.* Adoriso *idem (= adorire, cf.* ἔπεο). verod (*e* vō ad) *perperam idem. Sequentia in* Patulci *Iani cognomen mutant edd.* cosmis *Maur.*, es Sancus Ianis (*cf. Tert. Apol. 10* Saturnus . . . exceptus ab Iano vel Iane, ut Salii volunt) duonus, Cerus es duonus Ianus *idem* (Cerus es *iam Corssen*). *Totam sententiam sic circumscribit Maur.:* O Sol (qui) ad omnia vadis (surgis), re vera comis Patulci: es bonus Sancus Ianius, es bonus Cerus, (es) Ianus. *Porro syllabae* ve vet *e* vel *particula corruptae videntur eidem, qua particula Varro alterum litterae* s *pro* r *pronuntiatae exemplum priori addat. Restituit autem sequentia sic:* potissimum (*cf. Festus p. 205 M (222 L)* 'po' pro 'potissimum' positum est in Saliari carmine) meliosum recum (= regum, *cf. Paul* p. *203 M (223 L)* C pro G frequenter ponebant antiqui).

---

4 *Paulus p. 122 M (109, 6 L)* in carmine Sal. Cerus manus in-
(12 M.) tellegitur creator bonus. — *Fest. p.146 M (132 L)* Manuos (manues *Paulus*) in carminibus Sal. Aelius Stilo (*fr. 1 Fun.*) significare ait bonos. — *ib. p. 205 M (222 L):*

(*1*) Praeceptat in Sal. carmine est saepe praecipit (*28* M.).
(*2*) pa pro parte et po pro potissimum positum est in Sal. carmine (*v. supra ad fr. 3*) (*21* M.).
(*3*) promenervat item pro monet (*29 M.*).
(*4*) praedotiont (praepotiont *Maur.*) praeoptant (*30* M.).
(*5*) prospices prospice (*31* M.).
(*6*) pesnis pennis, ut Casmenas dicebant pro Camenis et caesnas pro caenis (*22* M.).
(*7*) polteo pro ulteriore (*23* M., *qui dubitanter* poltero *proponit*).
(*8*) polet pollet, quia nondum geminabant antiqui consonantes (*32* M.).
(*9*) plisima plurima (*26* M. *cf. fr. 10*).
(*10*) pretet tremonti † praetemunt pe (*6* M., *v. ad fr. 2, 1*).
(*11*) perfines perfringas (*33* M.).
(*12*) promeriom praecipuum, praeter ceteros meritum aut promedium, hoc est † participat, aut pro indiviso dicimus (*24* M.).

(*13*) priviclois privis id est singulis (*25* M.).
(*14*) petilam suram seceam (siccam *edd.*) et substrictam vulgo interpretatur. Scaevola (*fr. 6 Fun.*) ait ungulam albam equi ita dici (*10* M.).
(*15*) pilumnoe poploe in carmine Sal. Romani velut pilis uti assueti; vel qui praecipue pellant hostis (*19* M.).

Festus p. 210 M (230 L) Pescia in Sal. carmine Aelius Stilo 5
(*fr. 3 Fun.*) ait capitia ex pellibus agninis facta, quod Graeci (9 M.)
pelles vocent πέσκη neutro genere pluraliter.

Paulus p. 211 M (231 L) Pennatas impennatasque agnas in 6
Sal. carmine spicas significat cum aristis et alias sine aristis: agnas (13M.)
novas voluit intellegi.

Festus p. 325 M (432 L) s. v. Saturnus: qui deus in Saliaribus 7
Saeturnus (*sic Ritschl coll. C I L I² 449*, Saturnus *cod.*, Sateurnus (11M.)
cum Paulo Lindsay).

Varro ling. 5, 110 insicia ab eo, quod insecta caro, ut in car- 8
mine Saliorum est, quod in extis dicitur nunc prosectum. (14M.)

Schol. Aen. 2, 166 (p. 248, 26 Th.) quidam pontifices a ponte 9
sublicio, qui primus Tybri impositus est, appellatos tradunt, sicut (17M.)
Saliorum carmina loquuntur.

Varro ling. 7, 26 post fr. 3 et vacuum in cod. spatium: foedesum 10
foederum, plusima (*cf. fr. 4, 9*) plurima, meliosem meliorem, ase- (7, 26,
nam arenam, ianitos ianitor. *Hoc ultimum ex errore Varronis na-* 27, 20,
tum, v. Maur. p. 336. 4 M.)

Festus p. 141 M (124 L) s. v. Molucrum: Cloatius (*fr. 11 Fun.*) 11
. . . in libris sacrorum: Molucrum esse aiunt ligneum quoddam (15M.)
quadratum, ubi immolabatur. Idem Aelius (*fr. 2 Fun.*) in explanatione carminum Sal. eodem nomine appellari ait, quod sub mola supponatur.

---

12 (inc. 1 M.) *C G L IV 28, 2* cardens (*h. e.* capedines) vasa fretiva (*h. e.* fictilia) saliorum. *Cf. Goetz VI p. 176 s. v. Capedo.*

---

13 (p. 319 M.) *Paulus p. 3 M. L.* Axamenta dicebantur carmina Saliaria, quae a Saliis sacerdotibus componebantur, in universos homines (deos *C. O. Mue. verisimiliter*) composita. Nam in deos singulos versus ficti a nominibus eorum appellabantur, ut Ianuli, Iunonii, Minervii.

---

14 (18 M.) *Non. p. 40, 12 M (58 L)* Tintinnire . . . sonare . . . Nigidius lib. XVIII (*fr. 5 Fun.*): itaque aere in Saliaribus † adtanus tintinat, id est sonat. aere in Sal. *Scal.:* ex re in insal. *Cf. Plin. nat. 37,154* aeris tinnitum. Albanus *coni. Lipsius, de monte intellegit Maur.*

---

15 (8 M.) *Varro ling. 7, 49* Salii quod cantant 'mamuri veturi' significant memoriam veterem. *Paulus p. 131 M (117 L) s. v.* Mamuri Veturi (*de ancilium fabricatione*): Probatum opus est maxime Mamuri Veturi, qui praemii loco petiit ut suum nomen inter carmina Salii canerent. *V. Maur. 339, qui Martis cognomina vocativo casu posita interpretatur.*

---

16 (5 M.) *Varro ling. 9, 61* videmus . . . . Luciam Volaminiam Saliorum carminibus appellari. Volumnam *Zander*, Volumniam *Wissowa Rel. u. Kultus*² *p. 558, 5.*

---

17 (34 M.) *Festus p. 360 M (494 L)* Tame in carmine <Saliari *add. Scal.*> positum est pro tam. *Cf. p. 359 (429)* Tanne eo usque, ut Aelius Stilo (*fr. 38 Fun.*) et Opillus Aurelius (*fr. 19 Fun.*) interpretantur. Nam hi duo viri carmen Saliare interpretati sunt.

---

18 (16 M.) *Festus p. 290 M (370 L)* <So> nivio significat in car<min . . . *20 fere litt.* . . .a>ugurali, sonanti. Cf. Paulus: Sonivio sonanti. car <mine Saliari . . . *Urs., cetera incertiora.*

---

19 (35 M.) <S. . . . in Salia> ri carmine ap<pella . . . .>e sopia pro sedilibus di<. . . ad> huc in consuetudine. Saliari *suppl. C. O. Mue., cetera nimis incerta.*

Varro ling. 6, 14 In libris Saliorum, quorum cognomen Agonensium forsitan hic dies (*sc. Liberalium*) appellatur potius Agonia. 20 (inc. 2 M.)

Festus p. 270 M (343 L) Redantruare dicitur in Saliorum exultationibus, cum praesul amptruavit, quod est motus edidit, ei referuntur invicem idem motus. 21 (inc. 3 M.)

ALII VERSUS SACRORUM

Flamen, sume samentum

Fronto p. 67 N. (*de Anagniae sacris antiquis locutus*) Deinde in porta cum eximus ibi scriptum erat bifariam sic: f. s. s. Rogavi aliquem ex popularibus, quid illud verbum esset. Ait lingua Hernica pelliculam de hostia, quam in apicem suum flamen cum in urbem introeat, inponit. *De voce samentum = sagmen v. Bue. Rh. Mus. 37, 516. Fort. membrum prius Saturnii, v. Leo p. 31, 2.* 1

Adesto Tiberine, cum tuis undis 2

Serv. Aen. 8, 72 (tuque o Thybri tuo genitor cum flumine sancto) sic enim invocatur in precibus 'adesto — undis'. *Cf. etiam ad 8, 63* (Tiberinus) in sacris etiam Serra dicebatur *et 8, 31* nam in sacris Tiberinus . . . vocatur. *Leo p. 39.*

APPII CLAUDII SENTENTIAE

(*Leo, Gesch. d. roem. Lit. p. 43.*)

. . . ⟨ae⟩qui animi compotem esse, 1
ne quid fraudis stuprique ferocia pariat.

Festus p. 317 M (418 L) Stuprum pro turpitudine . . . in Appii sententiis: aequi — pariat. qui *cod., suppl. Bhr. V. Leo, Sat. Vers 52, 1.*

---

amicum cum vides, obliscere miserias. 2
inimicus si es commentus nec libens aeque.

Prisc. I 384 H. de participiis passivis deponentium agens: Appius Caecus 'amicum — aeque'. commentus σεσοφισμένος. **1** *sic*

Fleckeisen: obliviscere. 2 sies *cum* H *Hertz. Philemonis fr. 108 K.* οὕτως, ὅταν τις τυγχάνῃ λυπούμενος, ἧττον ὀδυνᾶται, φίλον ἐὰν παρόντ' ἴδῃ *contulit Marx, Arist. Eth. Nic. IX 11 p. 1171 a 35 et Eur. Or. 727 Leo. De sensu alterius versus non constat.*

---

3 [*Sall.*] *ad Caes. sen. de rep. 1, 1, 2,* in carminibus Appius ait fabrum esse suae quemque fortunae. *Versum sic rest. Leo p. 66, 3:* <escit> suas quisque faber fortunas. *Et hanc sententiam e Philemone haustam esse probavit Marx coll. Plaut. Trin. 363* sapiens . . . ipsus fingit fortunam sibi.

CN. MARCII VATIS PRAECEPTA

1 postremus dicas, primus taceas.

Isid. orig. 6, 8, 12 apud Latinos Marcius vates primus praecepta composuit, ex quibus est illud: postr. — tac. *Leo p. 31 et 79, 1.*

2 Ne ningulus mederi queat . . .

Paulus p. 176 M (*185 L*) Ningulus nullus. Marcius vates: Ne — queat. *Leo p. 54, 2.*

---

3 quamvis noventium duonum negumate

Festus p. 165 M (*162 L*) Negumate in carmine Cn. Marci vatis significat negate, cum ait: quamv. — neg. noventium (= *nuntium, v. Walde² s. v. nuntius*) *Bue., Kl. Schr. I 415:* moventium. *Leo p. 49, 2.*

INCERTI SENTENTIA

religentem esse oportet, religiosus ne fuas.

Gell. 2, 9, 1 Nigidius Figulus . . . in undecimo commentariorum grammaticorum (*fr. 4 Fun.*) versum ex antiquo carmine refert . . . 'rel. — fuas', cuius autem id carmen sit non scribit . . . religiosus is appellabatur, qui nimia et superstitiosa religione sese alligaverat, eaque res vitio assignabatur. *Tetrametrum troch. effecerunt Fleckeisen* <ted> esse *et Ribbeck Trag³ p. 297* esse <ted> *scribentes, sed cf. Leo p. 39, 6; 59.* ne fuas *Fleckeisen:* nefas.

A. ATILII CALATINI ELOGIUM

hunc unum plurimae consentiunt gentes
populi primarium fuisse virum.

Cic. Cato 17, 61 quanta in A. Atilio Calatino (*sc. auctoritas fuit*)! in quem illud elogium 'hunc — virum'. notum est id totum carmen incisum in sepulcro. *Idem fin. 2, 3 5,116* non elogia monimentorum id significant *(sc. mortuum voluptatibus studuisse)*, velut hoc ad portam (*sc. Capenam, v. Tusc. 1, 7, 13*): Hunc — virum. hunc unum *Madvig priore* (unicum *codd.*), *Ernesti posteriore* (uno cum *codd.*) *loco restituit. Cf. Scipionis elogium C L E 6* Honc oino ploirume *e. q. s. V. Leo p. 46, 4. Censor erat Atilius a. 247. Klebs RE II 2079.*

LIVIUS ANDRONICUS

ODYSSIA

Liber I (α)

Virum mihi, Camena, insece versutum. 1

Gell. 18, 9, 5 insece scriptum sine u littera. Offendi enim in bibliotheca Patrensi librum verae (mirae *Canter*) vetustatis Livii Andronici, qui inscriptus est *Ὀδύσσεια*, in quo erat versus primus cum hoc verbo sine u littera: vir. — vers. factus ex illo Homeri versu (*α 1*) *<ἄνδρα μοι ἔννεπε Μοῦσα πολύτροπον add. Canter>. Leo p. 19.*

Pater noster, Saturni filie . . . 2

Prisc. I 305 H. o filie . . . . Livius Andr. in Odissia: Pater- filie. rex summe *add. Bhr. Cf. α 45 (= 81) ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων.*

Mea puera, quid verbi ex tuo ore supera fugit? 3

Ib. 231 puera dicebant antiquissimi . . . . Livius in Odyssia: Mea — fugit. *Char. 106 B (84 K)* puer et in fem. sexu antiqui dicebant, ut Graeci *ὁ παῖς καὶ ἡ παῖς*, ut in Odyssia vetere, quod est vetustissimum carmen: mea puer, quid verbi ex tuo ore audio? *Prisciani* puera *ob metrum praefert Leo p. 43 lectioni Charisianae ceteroquin aeque bonae.* supera *Fleckeisen:* supra. *Charisii* audio

'eine offenbare Trivialisierung' Leo. De membris discribendis v. Thulin, Italische Sakrale Poesie und Prosa p. 28. cf. α 64 τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

---

4 (5) argenteo polubro,   aureo eclutro.

Non. p. 544, 20 M (873 L) Polybrum, quod Graeci *χέρνιβα*, nos trullium vocamus. Livius: arg. — ecl. et glutro *codd. Cf. α 136 χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα καλῇ χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος. v. Leo p. 16, 5, qui ex gr. continuat* ⟨deae manus liquore   proluit ancilla⟩.

---

5 (6) tuque mihi narrato   omnia disertim.

Ib. p. 509, 20 M (819 L) Disertim . . . plane, palam . . . Livius: tuque —dis. *Cf. α 169 et saepe ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον.*

---

6 (7) quae haec daps est, qui festus   dies, . . .?

Prisc. I 321 H. haec daps . . . sed nominativus in usu frequenti non est, quem Livius Andr. in I Odissiae ponit: Quae — dies. *Membra discripsit Thulin l. c. contra Leonem* dies *priori membro dantem. Cf. α 225 τίς δαίς, τίς δαὶ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο; secundum membrum* ⟨quid tibi conducit⟩ *suppl. Leo p. 43 coll. Graec. versus clausula τίπτε δέ σε χρεώ;*

---

7 (8) matrem ⟨proci⟩ procitum   plurimi venerunt.

Paul. p. 226 M (252 L) Procitum, cum prima syllaba corripitur, significat petitum. Livius: matr. — ven. ⟨proci⟩ *Zander,* ⟨meam⟩ *Havet, v. Leo p. 34, 1. Cf. α 245 sqq. ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι . . . τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται.*

---

8 (9) in Pylum devenies;   ⟨h⟩aut ibi ommentans

Fest. p. 190 M (208 L) Ommentans ⟨Livius⟩ in Odyssea, cum ait: In — omm. significat obmanens, sed ea significatione, qua saepe fieri dicitur, id enim est mantare. haut *Leo p. 40, 4 coll. α 284 sqq. πρῶτα μὲν ἐς Πύλον ἐλθὲ καὶ εἴρεο Νέστορα δῖον, κεῖθεν*

δὲ Σπάρτηνδε παρὰ ξανθὸν Μενέλαον. devenies W *ed. princ.* deveniens X. ibi X *ed. princ.* ubi W *Linds. Ante Leonem cum β 317 ἠὲ Πύλονδ' ἐλθὼν ἢ αὐτοῦ τῷδ' ἐνὶ δήμῳ comparabant* <aut> in Pylum *cum O. Guenthero scribentes, sed verba αὐτοῦ — δήμῳ vocula* ibi *reddi posse iure negat Leo.*

Liber II (*β*)

tumque remos iussit religare struppis 9 (10)

Isid. Orig. 19, 4, 9 Struppi vincula loro vel lino facta, quibus remi ad scalmos alligantur. De quibus Livius: Tumque — struppis. *Cf. β 422 (= ο 287) Τηλέμαχος δ' ἑτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσεν ὅπλων ἅπτεσθαι.*

Liber III (*γ*)

ibidemque vir summus adprimus Patroclus 10 (11)

Gell. 6, 7, 11 Adprimum . . . longe primum L. Livius in Odyssia dicit in hoc versu: ib. — Patr. *Cf. γ 110 ἔνθα δὲ Πάτροκλος θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος et v. Leo, Lit.-Gesch. p. 74.*

---

quando dies adveniet, quem profata Morta est 11 (12)

Ib. 3, 16, 11 Caesellius . . . Vindex . . . versum hunc Livii . . . ponit ex '*Ὀδυσσείᾳ*: quando — est. Sed . . . .Mortam quasi nomen accepit, cum accipere quasi Moeram deberet. *Cf. γ 237 ὁππότε κεν δὴ μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι τανηλεγέος θανάτοιο. Dele igitur interrogationis signum in Gellii editione Hosiana.*

Liber IV (*δ*) 12 (13)

atque escas habemus mentionem . . .

Prisc. I 198 H. Livius in Odyssia: Atque — ment. escas pro escae. *Cf. δ 213 δόρπου δ' ἐξαῦτις μνησώμεθα et v. κ 177 μνησόμεθα βρώμης, υ 246 μνησώμεθα δαιτός.* habeamus *G. Hermann, sed fort. enuntiatum interrogativum a vocula quin incipiens intellegendum est (Zander)*-

---

13 (14) partim errant, nequinont Graeciam redire.

Fest., p. 162M (160 L) Nequinont pro nequeunt . . . dicebant antiqui. Livius in Odissia: partim — redire. *Cf. δ 495 πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν γε δάμεν, πολλοὶ δὲ λίποντο . . . εἷς δ' ἔτι που ζωὸς κατερύκεται.*

14 (15) Sancta puer, Saturni filia, regina

Prisc. I 231 H. hic et haec puer vetustissimi protulisse inveniuntur . . . Livius in Odyssia: Sancta-regina. filia *glossema ad* puer *putavit Fleckeisen, sed similiter in Nelei carmine fr. 5 (Ribb. Trag.*[3] *p. 271)* sancta puer filia sumam *legi monet Leo p. 46, 5. Livii hymno dedit Havet, sed cf. δ 513 πότνια Ἥρη et v. Leo Plaut. Forsch.*[2] *p. 91.*

15 (16) apud nympham Atlantis filiam Calypsonem

Ib. 210 (e Caesellio Vindice) Calypsonem. Ita declinatum est apud antiquos. Livius: apud — Cal. *Cf. δ 557 νύμφης ἐν μεγάροισι Καλυψοῦς (ε 14, ρ 143).*

Liber V (ε)

16 (17) igitur demum Ulixi cor frixit prae pavore

Schol. Verg. Aen. 1, 92 Livius in Odyssia: ig. — pav. *Cf. ε 297 καὶ τότ' Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ.*

Liber VI (ζ)

17 (19) utrum genua amploctens virginem oraret

Diom. 384 K. veteres immutaverunt amploctor crebro dictitantes, ut Livius in Odyssea: utrum — oraret. *Cf. ζ 142 ἢ γούνων λίσσοιτο λαβὼν εὐώπιδα κούρην.*

18 (20) ibi manens sedeto donicum videbis
me carpento vehentem domum venisse

Char. 256 B (197 K) Donicum pro donec. Ita Livius, inquit (in quinto *coni. Ritschl*), usurpat: ibi — venisse. *Cf. ζ 295 sqq. ἔνθα καθεζόμενος μεῖναι χρόνον, εἰς ὅ κεν ἡμεῖς ἄστυδε ἔλθωμεν καὶ ἱκώμεθα δώματα πατρός.*

Liber VIII (ϑ)

simul ac dacrimas de ore noegeo detersit. 19(21)

Fest. p. 174 M (182 L) Noegeum quidam amiculi genus praetextum purpura. quidam candidum ac perlucidum . . . ut Livius ait in Odyssia: 'Sim. — det.' id est candido. lacrimas *cod., corr. C. O. Mue. coll. Fest. p. 68 M (60 L)* Dacrimas pro lacrimas Livius saepe posuit nimirum quod Graeci appellant *δάκρυα. Cf. ϑ 88 δάκρυ' ὀμορξάμενος κεφαλῆς ἄπο φᾶρος ἕλεσκε.*

---

namque nullum peius macerat † humanum 20(22)
quamde mare saevom: vires cui sunt magnae,
⟨tamen⟩ topper confringent importunae undae.

Ib. p. 352 M (482 L) Topper . . . cito; sic in eodem (Odyssia *Scal., sed malim servato* eodem *antecedens quoque frgm. Livio dare*): Namque — undae. **1** homonem *Urs., v. Leo p. 41, 3.* ‹genus› macerat humanum *Zander verba* namque — peius *praecedenti Saturnio adsignans.* **2** vires *Ant. Augustinus:* viret. **3** *suppl. Leo,* topper ‹tam› *Zander. Cf. ϑ 138 sqq. οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι κακώτερον ἄλλο θαλάσσης ἄνδρα γε συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη.*

Mercurius cumque eo filius Latonas 21(23)

Prisc. I 198 H. in eodem (*sc. Livio in Odyssia*): 'Merc.-Lat.' pro Latonae. *Cf. ϑ 322 ἦλθ' ἐριούνης Ἑρμείας, ἦλθεν δὲ ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων.*

---

nexebant multa inter se flexu nodorum dubio. 22(24)

Ib. 469 nexo quoque nexas vel nexis . . . Vergilius . . nexantem . . . secundum primam . . . Livius vero in Odissia: nexebant — dubio. *Item 538, ubi* nexabant *codd., quod praetulit Leo p. 53, 4 iniuria haud dubie. Diom. 369* Liv. in Od. nexabant multa inter se *e Prisc. interpolatum esse vidit Bhr. cf. ϑ 378 sqq. ὀρχείσθην δὴ ἔπειτα ποτὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ ταρφέ' ἀμειβομένω.*

Nam diva Monetas filia docuit 23(25)

Ib. 198 ibidem (post *fr. 12*): Nam — doc. Monetas pro Monetae. divina *minus bene nonnulli codd.* filia *Scal.:* filiam. *Cf. ϑ 480 οὕνεκ'*

ἄρα σφεας οἴμας Μοῦσ᾽ ἐδίδαξε, quo coll. Leo p. 39, 2 <vates vias modorum> *ex. gr. suppl.*

Liber IX (ι)

24 (32) quoniam audivi † paucis, gavisi . . .

Ib. 482 Vetustissimi gavisi pro gavisus sum protulerunt . . . Livius in Odissia: quon. — gav. paucis *corruptum,* boantis *Leo p. 53, 5 coll. ι 413 ὣς ἄρ᾽ ἔφαν ἀπιόντες, ἐμὸν δ᾽ ἐγέλασσε φίλον κῆρ. Ante Leonem π 92 ἦ μάλα μευ καταδάπτετ᾽ ἀκούοντος φίλον ἦτορ comparabant, quasi* paucis = *minime esset.*

Liber X (κ)

25 (26) Inferus an superus tibi fert deus funera, Ulixes?

Ib. 96 super superus . . . Livius in Odyssea: Inf. — Ul. *De Livii carmine non multum post Ennium in hexametros redacto v. Leo p. 60 ,4. Cf. κ 64 (Aeolus eiusque familiares Ulixem interrogant) τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων;*

26 (28) Topper citi ad aedis venimus Circae
— — — — — — — — — — — — —
simul duona eorum portant ad navis,
multa alia in isdem inserinuntur.

Fest. p. 352 M (482 L) Topper . . . in antiquissimis scriptis celeriter ac mature; in Odyssia vetere . . . Topper — inserinuntur. *Versus 2 et 3, quos cum 1 non cohaerere vidit, Naevio attribuit Havet.* **1** citi *vix sanum, siquidem* topper *iam per se celeriter ac mature significat. Ante v. 2 excidisse versum, cui forma* topper *inerat, constat.* **3** multa *Bue.:* millia. *Ad 1 cf. κ 252 (Eurylochus narrat) εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα καλά, ubi Κίρκης pro καλά (e versu 210) fortasse legit Livius cum [Plut.] de vita et poesi Homeri 40 et Ioanne Doxapatri Rhet. Gr. II 228, 2 W. Aliter Bergfeld, De Versu Saturnio p. 117, secundum quem Liv. hunc versum inter κ 449—451 et 452 inseruerit. Minus bene de hac re egit Leo p. 46, 6. Ad 2—3 de ξ 262 sqq. cogitari posse innuit idem, ν 70sqq. propter navium numerum aliena esse arbitratus. Ac fort. vox* topper, *quam excidisse dixi, Homeri αἶψα μάλα (ξ 263) respondebat (Leo).*

topper facit homines ut prius fuerunt. 27

Ib. ante fr. 26: topper — fuerunt. ut prius *Duentzer:* utrius. fuerunt *Bue.:* fuerint. *Cf. κ 395 ἄνδρες δ' ἂψ ἐγένοντο νεώτεροι ἢ πάρος ἦσαν.*

Liber XII (μ)

parcentes praemodum 28 (29)

Gell. 6, 7, 12 Livius in Odyssia praemodum dicit quasi admodum: parcentes, inquit, praemodum, quod significat supra modum dictumque est quasi praeter modum; in quo scilicet prima syllaba acui debebit. *Aut primum membrum aut finis primi et initium secundi membri. Cf. μ 321 ἀπεχώμεθα* et *328 ἀπέχοντο.*

Liber XIII (ν)

sic quoque fitum est 29 (30)

Non. p. 475, 16 M (762 L) Livius Odyssia: sic — est. *Est membrum posterius, v. Leo p. 22. Cf. ν 40 ἤδη γὰρ τετέλεσται. Cum ν 178 τὰ δὲ δὴ νῦν πάντα τελεῖται contulit H. Walther, cum ρ 22 τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται perperam I. Tolkiehn Festschrift Oskar Schade p. 291.*

Liber XIX (τ)

vestis pulla purpurea ampla . . . 30 (34)

Non. p. 368, 26 M (586 L) Pullum, non album . . . [Titus *del. L. Mue.*] Livius: vest. — ampla. *Cf. τ 225 χλαῖναν πορφυρέην οὔλην ἔχε δῖος Ὀδυσσεύς. Fort.* <fuit Ulixi>.

dusmo in loco 31 (35)

Paul. p. 67 M (59 L) D. i l. apud Livium significat dumosum locum; antiqui enim interserebant S litteram . . — *cf. τ 439 ἐν λόχμῃ πυκινῇ. Inter T R F[3] recepit Ribbeck p. 6.*

32 (36) ## Liber XX (υ)

Cum socios nostros mandisset impius Cyclops

Prisc. I 419 H. mando . . . alii mandui, alii mandidi esse voluerunt, Livius tamen in Odissia: Cum — Cycl. *Cf. υ 19 ὅτε μοι μένος ἄσχετος ἤσθιε Κύκλωψ ἰφθίμους ἑτάρους. De hexametro v. ad fr. 25.*

---

33 (—) *C Gl L II 23, 42* Aroscit *πλανᾶται ὡς Λίβιος.* aeruscat *Leo de Iro intellegens (ἀλήτης σ 18). Mihi potius ad υ 340 ἤ ἔφθιται ἤ ἀλάληται referendum videtur. Verbum πλανᾶσθαι in Odyssea non occurrit.*

Liber XXI (φ)

34 (37) inque manum suremit hastam . . .

Fest. p. 298 M (382 L) e Paulo suppl. Suremit sumpsit: Inque — hastam. *Livio attribuit Bue. coll. φ 433 ἀμφὶ δε χεῖρα φίλην βάλεν ἔγχει. cf. etiam α 99 εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος* et *v. Leo p. 47, 1, Ribb. TRF³ p. 314.*

Liber XXII (χ)

35 (38) At celer hasta volans perrumpit pectora ferro

Prisc. I 335 H. (haec celer) Livius in Odissia: At—ferro. *Cf. χ 92 sqq. βαλὼν χαλκήρει δουρὶ ὤμων μεσσηγύς, διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσε. De forma metrica cf. ad fr. 25.*

Liber XXIII (ψ)

carnis

36 (39) vinumque quod libabant anclabatur

Ib. 208 vetustissimi . . . nominativum 'haec carnis' proferebant . . . Livius Andr. in Odyssia Carnis, ait, vinumque e. q. s. *Cf. ψ 304 sqq. βόας καὶ ἴφια μῆλα ἔσφαζον, πολλὸς δὲ πίθων ἠφύσσετο οἶνος et v. υ 250 sqq. Leo p. 48, 1.* carnis *in fine antecedentis versus collocabat Zander, quod si verum est, in posteriore membro* anculabatur *praefert Leo.*

Liber XXIV (ω)

deque manibus dextrabus . . . 37 (39)

Non. p. 493, 16 M (791 L) Dextrabus pro dexteris. Livius, in Odyssia: deque — dex. *Cf. ω 534 τῶν δ' ἄρα δεισάντων ἐκ χειρῶν ἔπτατο τεύχεα. Leo p. 48.*

FRAGMENTA INCERTAE SEDIS ET DUBIA

neque tamen te oblitus sum, Laertie noster. 38 (4)

Prisc. I 301 H (de vocativo nominum in ius *terminantium)* etiam in e proferebant antiquissimi . . . Livius Andr. in Odissia: neque — noster. tamen *RB*, enim *dett.* Laertie A^1 R^1 lertiae *BLK. V. Leo p. 41, qui cum α 65 πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην; comparandum esse suo iure negavit, ipse de Eumaei verbis ξ 144 ἀλλά μ' Ὀδυσσῆος πόθος αἴνυται οἰχομένοιο vel Philoeti υ 205 μνησαμένῳ Ὀδυσῆος cogitans.*

---

topper saevi capesset flammam Volcani 39 (Naev. 49)

Fest. p. 352 M (482 L) Topper . . . citius; sice † C. naevicapesset f. V. *Naevio dare solent sic fere supplentes:* sic [c] N<aevius: topper s>aevi cap. f. V., *v. Cich. Roem. Stud. p. 42. Obstat quod apud Festum sequitur:* Cito; sic in eodem: namque — undae (*supra fr. 20*). *Putant sane aut fragm. quoddam Livianum inter haec duo fragmenta excidisse aut cum Scal.* Odyssia *loco eodem legendum esse. Malim:* Cito; sic [c] <in Livio: topper> saevi c. f. V., *quamquam locum Homericum, qui apte conferri posset, non inveni.*

---

celsosque ocris arvaque putria et mare magnum 40 (18)

Ib. p. 181 M (192 L) Ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro glossematorum (*fr. 2 Fun.*) refert, montem confragosum vocabant, ut apud Livium . . . cels. — magn. *Cf. Leo p. 44, 6. Cum ε 411 ἔκτοσθεν μὲν γὰρ πάγοι ὀξέες, ἀμφὶ δὲ κῦμα βέβρυχεν ῥόθιον, λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη, ἀγχιβαθὴς δὲ θάλασσα contulit Scal., sed quid hic sibi velint* arva putria *iure interrogat Leo. Accedit quod versus apud Festum inter tres alios haud dubie tra-*

gicos citatur. Itaque celsosque ‹in› ocris *scribendum esse, ut anapaesti tragici evadant, verisimile est: v. Ribb. TRF*[3] *p. 5.*

---

41 (31) affatim edi bibi lusi

Paul. p. 11 M (*10 L*) Affatim . . . abundanter. Livius: Aff.-lusi. *Inter frgm. comica iure recipiunt* (*CRF*[3] *p. 4*), *sed commemoranda utique Scaligeri opinio cum o 373 τῶν ἔφαγόν τ' ἔπιόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα haec verba comparantis. Quam sententiam non intellegere se fatetur Tolkiehn l. c. p. 290. Sed haud dubie Scal. αἰδοίοισιν illud non ab αἰδοῖοι, sed ab αἰδοῖα* (*virilia*) *derivasse Livium existimavit, id quod per grammaticam licet. αἰδοίοις διδόναι igitur conferendum cum Eur. Phoen. 21 ἡδονῇ δούς. Ludere vero hanc significationem habere nemo ignorat.*

---

42 (43) iam in altum expulsa lintre

Prisc. I 151 H. linter . . . quod apud Graecos masc. est, ὁ λουτήρ, apud nostros fem. est. Livius in VI (VII *pauci*): iam — lintre. *T. Livio Patavino dedit Luc. Mue. Sed sive huius sive antiquissimi poetae est, numerus VI utique corruptus. Contulerunt, ut potissimos laudem, cum μ 401 ἐνήκαμεν εὐρέι πόντῳ Havet,* (*cf. 403 ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἐλείπομεν*), *cum ε 269 γηθόσυνος δ' οὔρῳ πέτασ' ἱστία δῖος 'Οδυσσεύς Zander. Sed neque navem neque ratem Ulixis apte lintrem appellari posse monet Leo p. 31, 7. V. Tolkiehn p. 292.*

---

43 (44) *Paul. p. 70 M* (*61 L*) Demum, quod significat post, apud Livium demus legitur.

---

44 (45) erant et equorum inaurata tapeta

[*Serg.*] *IV 542 K.* (*de* tapeta *neutr. plur.*) item apud Livium: erant [ablativo ab his tapetibus *del. Keil*] et equorum *e. q. s.* livium *cod. Lavantinus,* Lucilium *Keil coll. Prob. IV 129:* ab eo quod dixit Lucilius [Vergilius *male* B] inerant — tapeta. *Si Lucilii est, scripserim:* ‹in› erant e. e. [in]aurata tapeta. *Non recepit inter Lucilii fragmenta Marx.*

---

45 auratae vaginae, aurata baltea illis erant

Non. p. 194, 20 M (*286 L*) Livius lib. IX aur. — erant. *Comparant haec verba cum Livii rerum scriptoris IX 40, ubi Samnitum*

scuta auro fulgentia describuntur, sed verba quae Non. laudat desunt. Itaque fort. libri numerus corruptus. De poeta cogitare eo vetamur, quod eius singulos libros nusquam commemorat Non. Proinde cave cum λ 610 χρύσεος ἦν τελαμών coniungas.

Fragmentum falsum

Schol. Aen. 4, 37 Livius . . . Andronicus refert eos (*sc. Afros*) 46 (42)
de Romanis saepius triumphasse suasque porticus Romanis spoliis adornasse. *Totum hoc scholion nullius pretii esse et comparatio cum auctoribus in eo laudatis arguit et O. Meltzer, Gesch. d. Karth. II 515 iudicat. Confusionem cum Livio rerum scriptore statuit L. Mue.*

CN. NAEVIUS [1]

BELLUM PUNICUM

Liber I

Novem Iovis concordes filiae sorores 1*

Ps. Bass. VI 265 K. de versu Saturnio: apud Naevium poetam hos repperi idoneos . . . (fr. 7) et alio loco: nov. — sor. *Cf. Mar. Victorin. 139* et apud Naevium: nov.-sor. navem *codd. Ps. Bass.*, novei moves *codd. Mar. Victorin. Naevii carmen ab hoc versu coepisse minime constat. V. Leo Sat. Vers p. 16.*

Gell. 17, 21, 45 eodemque anno (*sc. a. u. c. 519 = 235 a. Chr. n.*) 2*
Cn. Naevius poeta fabulas apud populum dedit, quem M. Varro in libro de poetis primo (*fr. 56 Fun.*) stipendia fecisse ait bello Poenico primo idque ipsum Naevium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. *De libro parum constat; primo dedit Spangenberg.*

Postquam avem aspexit in templo Anchisa, 3**
sacra in mensa penatium ordine ponuntur;
immolabat auream victimam pulchram.

---

1 Singulis asteriscis notantur fragmenta a viris doctis singulis libris attributa, binis contra veterum auctoritatem adscripta.

Prob. Verg. ecl. 6, 31 (p. 336, 9 H.) Naevius belli Punici libro tertio sic: postquam — pulchram. *In libri numero manifeste errat Probus, quoniam tertius res initio belli Punici gestas continebat.* **1** aves *Keil.* Anchises *cod. Vaticanus.* **2** penatum *Bue., sed cf. Leo p. 44, 1.*

4* amborum uxores
noctu Troiad exibant capitibus opertis,
flentes ambae, abeuntes lacrimis cum multis.

Schol. Aen. 3, 10 Naevius . . . inducit uxores Aeneae et Anchisae cum lacrimis Ilium relinquentes his verbis: amb.-multis. **2** Troiade *codd., dittographiam del. Vossius.*

5 eorum sectam sequuntur multi mortales . . .
multi alii e Troia strenui viri . . .
ubi foras cum auro illi⟨n⟩c exibant

Ib. Aen. 2, 797 Naevius belli Punici primo de Anchisa et Aenea fugientibus haec ait (*1*), ecce hoc est 'invenio admirans numerum'. (*2*) ecce hi sunt 'animis parati.' (*3*) ecce et 'opibus instructi'. **2** strenue *apud Thilonem typothetae error.* **3** urbi *coni. Bhr.* illi<n>c *Havet.*

6*(33) *Schol. Aen. 4, 9* Cuius filiae fuerint Anna et Dido Naevius dicit. *Ad I pertinere verisimile visum est Leoni Litgesch. p. 81, 4.*

Ferunt pulchras creterras, aureas lepistas

7* *Ps. Bass. VI 265 K.* apud Naevium poetam hos repperi idoneos: fer.-lep. *Cf. Mar. Victorin. 139 sine poetae nomine. Sacerd. 531* (apud nos Naevius sic:). pulchras creterras *Mar. Victorin. et Sacerd.* (crateras *cod. Cus.*); pulchros pateras (*mg. f.* crateras A) *Ps. Bass.* aereas *Ps. Bass.*, aureasque *Mar. Victorin. Huc rettulit Luc. Mue.*

8* *C Gl L II 17, 34* Angla †ογες τράπεζαι τρίγωνοι, ὡς Νέβιος. anclabres *C. O. Mue. ad Pauli Exc. p. 11 M (10 L)* Anclabris mensa

ministeriis apta divinis. *Naev. com. 8 Klotzii error Thes. l. L. II 29, 29. Huc rettulit Bhr. coniectura incertissima.*

Fest. p. 310 M (406 L) s. v. Supparus: <sup>parum puni<ceum vestimentum ita vo>cat Naevius (nevi *cod., corr. Urs*) de <bello Puni> co. *Frgm. a. Scal. et Urs. suppletum huc rettulit L. Mue.* 9*

---

pulchraque . . . ex auro   vestemque citrosam 10*

Isid. orig. 19, 22, 20 Citrosa quasi concrispa ad similitudinem citri. Naevius: pulchr.-citr. *Macr. 3, 19, 5* Naevius poeta in bello Punico ait citrosam vestem. pulchraque <vasa> *Reichardt, quae vocula sane post* que (quae *multi codd.*) *facile excidere poterat. Ad* vest. citr. *v. Stadler, Thes. l. L. III 1207, 73.*

Schol. Aen. 1, 170 Novam . . . rem Naevius bello Punico dicit, unam navem habuisse Aeneam, quam Mercurius fecerit. 11*

Senex fretus pietati   deum adlocutus 12*
summi deum regis   fratrem Neptunum
regnatorem marum

Prisc. I 351 H. inveni 'marum' pro marium, qui tamen in raro est usu genetivus, apud Naevium in carmine belli Punici: Senex — mar. 1 pietati B, pietate R. *Membra discripsit Leo p. 48, 2; huc rettulit Schuettius.*

Macr. 6, 2, 31 In principio Aeneidos tempestas describitur et Venus apud Iovem queritur . . . hic locus totus sumptus a Naevio est ex primo libro belli Punici. Illic enim aeque Venus Troianis tempestate laborantibus cum Iove queritur, et secuntur verba Iovis filiam consolantis spe futurorum. 13

Schol. Verg. Aen. Cod. Paris. lat. 7930 saec. XI ad 7, 123 13 a*
Anchises fatorum arcana reliquit] Hoc autem non praedixit (—)
Anchises, sed Cel<a>eno: unde vel catatosiopomenon intellegendum est vel divinitatem Anchis<a>e assignat, qui ubique divinus dicitur. N<a>evius enim dicit Venerem libros futura continentes

Anchis<a>e dedisse, unde 'reliquit' aut mandavit significat aut libros reliquit qui haec responsa continebant.

14* patrem suum supremum optumum appellat.

Varro ling. 7, 51 N<a>evius: 'patr.-app.' supremum ab superrumo dictum. *Huc rett. Klussmann. Intellege de Venere Iovem adlocuta coll. fr. 13.*

15* summe deum regnator, quianam genus ⟨od⟩isti?

Fest. p. 257 M (306 L) Quianam pro quare et cur, positum est apud antiquos, ut Naevium in carmine Punici belli: summe — genus isti. genuisti *Scal.*, genus sisti (= sivisti) *sc. haec tuum subire Zander*, <od>isti *Leo p. 47, 2 ex. gr. pergens:* <adeo nostrum tuumque, ut sinas perire?> *Huc rett. Luc. Mue.*

16* *Schol. Aen. 1, 198* et totus hic locus de Naevio (Naevii *malit Thilo*) belli Punici libro translatus est. *Huc rett. Bhr.: post tempestatem suos adlocutus est Aeneas.*

---

17 (18) *Schol. Aen. 9, 712* Prochyta . . . hanc Naevius in primo belli Punici de cognata Aeneae nomen accepisse dicit.

18* (19) *Varro in libris rerum divinarum apud Lact. inst. 1, 6, 9* quartam (*sc. Sibyllam*) Cimmeriam in Italia, quam Naevius in libris belli Punici, Piso in annalibus (*fr. 41 P.*) nominet. *Libro I adscr. Spangenberg.*

---

19 (20) Inerant signa expressa, quomodo Titani,
bicorpores Gigantes magnique Atlantes
Runcus ac Purpureus, filii Terras . . .

Prisc. I 198 H. Naevius in carmine belli Punici I: 'Inerant — Terras' pro Terrae. *Ib. 217* Titanus . . . pro Titan . . . Naevius in carmine belli Punici primo: (*1. 2*). 3 Runcus = '*Ῥοῖκος*, Purp. = *Πορφυρίων*. ac *Mue.:* atque. '*templum Cumanum videtur describi*' *Bhr. coll. Aen. 6, 20 sqq.; sed de cratere etiam cogitari potest* (*Marx*).

Ei venit in mentem hominum fortunas. 20 (21)

Ib. 199 post fr. 19: in eodem: 'Ei — fort.' pro fortunac. in eodem *fort. ad totum carmen, non ad librum I spectat.*

Silvicolae homines bellique inertes. 21 (23)

Macr. 6, 5, 9 ad Aen. 10, 551: Naevius belli Punici libro primo: silv.-in.

Liber II

Iamque eius mentem fortuna fecerat quietem 22

Prisc. I 242 H. cuius (*sc. vocis* inquies) etiam simplex in usu invenitur trium generum. Naevius in carmine belli Punici II.: Iamque — quiet.

---

blande et docte percontat, Aenea quo pacto 23 (24)
Troiam urbem liquerit . . .

Non. p. 474, 7 M (760 L) s. v. Perconta (fort. Percontare): Naevius belli Punici lib. II (I *voluit Merula*): blande-liqu. *Ib. p. 335, 2 M (527 L) s. v. Liquerit.* **1** Aenea *Fleckeisen:* aen̄ (aen) LC^A, aeneidos A^A, ennius B^A, aeneam D^A *p. 474, 8*; aenas (en.) *et* aeneas *p. 335, 3. Ad formam* Aenea *v. Thes. l. L. I 981, 77—81.* **2** liquerit *codd. p. 335, 4* (reliquerit B^A), reliquisset *p. 474, 9. Cf. Leo p. 34, 5. Didun percontantem induci putant plerique, senem Aeneae hospitem Leo Lit.-Gesch. p. 82, 8.*

---

manusque susum ad caelum sustulit suas rex 24**
Amulius divis⟨que⟩ gratulabatur. (25)

Ib. p. 116, 31 M (167 L) Gratulari, gratias agere . . . Naevius Belli Punici lib. II (III *codd.*): isque susum a. c. s. s. res Am. gratulabatur divis. **1** manusque *Merula*, rex *Stephanus.* **2** *transpos.*, que *suppl. Luc. Mue.* Amulius *edd.*: ammullus. *Leo 33, 4; 52,5.*

Schol. Aen. 1, 273 (p. 102, 21 Th.) Naevius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt. *Cf. Dionys. Hal. 1, 72* ἕτεροι θυγατρὸς Αἰνείου παῖδας. 25* (26)

26* (27) *Varro ling. 5, 43* Aventinum aliquot de causis dicunt. Naevius ab avibus, quod eo se ab Tiberi ferrent aves. *Libro II attribuit Bhr. ut et praecedens et proximum.*

27* (28) *Ib. § 53* quartae regionis Palatium . . . hunc locum a pecore dictum putant quidam; itaque Naevius Balatium appellat..

28* (30) res divas edicit, praedicit castus

Non. p. 197, 12 M (289 L) Castitas et castimonia gen. fem. Masc. . . . Naevius carmine Punici belli: res — castus. *De* dinas (= divinas) *cogitavit Leo p. 39, 3. Libro II assignaverunt Bhr. et Cichorius.*

---

29 (31) Prima incedit Cereris Proserpina puer

Prisc. I 232 H. (haec puer) Naevius in II belli Punici: Prima — puer. in VI *in suis codd. legit Scriverius, qua lectione probata Cich.* (*Roem. Stud. p. 47*) *hunc versum ad ludos anno 249 habitos pertinere existimat.*

---

30 (32) dein pollens sagittis inclutus arquitenens
sanctus Iove prognatus Pythius Apollo.

Macr. 6, 5, 8 (*ad Aen. 3, 75*) hoc epitheto (*sc. arquitenens*) usus est Naevius belli Punici libro secundo: dein- Apollo. **2** sanctus Iove *Bue.:* sanctusque Delphis. *Leo p. 35, 2. Fort. hoc frgm. cum 29 coniungendum, sed v. Cich. p. 48.*

Liber III

(*Ad libros III—VII cf. praecipue Cichorii commentationem Die Fragmente historischen Inhalts aus Naevius' Bellum Punicum in Roem. Stud. p. 24—58.*)

31* (34) Scopas atque verbenas sagmina sumpserunt

Paul. p. 320 M (425 L) Sagmina dicebant herbas verbenas, quia ex loco sancto arcebantur legatis proficiscentibus ad foedus faciendum bellumque indicendum; vel a sanciendo, id est confirmando. Naevius: Scop.-sumps. *Huc rett. Merula, v. Cich.*

p. 26; *Leo p. 35, 3, qui* verbenas *genetivum esse putat coll. Liv 1, 24, 5* fetialis ex arce graminis herbam puram attulit.

Manius Valerius 32** (35)
consul partem exerciti in expeditionem
ducit

Char. 163 B (128 K) Exerciti Gn. Naevius belli Punici libro III (*sic Vahlen:* I): Man.-duc. Manius *Merula:* m *Neap. ex* M' *corruptum, quod falso* Marcus *intellexerunt nonnulli, v. Cich. p. 27*; *Leo p. 44, 2. M' Valerius cos. a. 262.*

Fames acer augescit hostibus . . . 33* (54)

Prisc. I 153 et 230 H (de acer *fem.)* Naevius in carmine belli Punici: fam.-host. *De Agrigenti obsidione (a. 262) cogitat Cich. p. 29*; *itaque libro III dandum.*

---

apud emporium in campo hostium pro moene 34* (—)

Fest. p. 145 M (128 L) Moene singulariter dixit Naevius (*sic C. O. Mue.:* Ennius): apud — moene. *Libro III dedit Cich. p. 28 ad eandem Agrigenti obsidionem a. 262 factam pertinere ratus. Leo p. 36, 2.*

Liber IV

† simul atrocia proicerent exta ministratores 35 (41)

Non. p. 76, 3 M (106 L) Atrox crudum. Naevius belli Poenici lib. IV (*sic* C[A] D[A], III *cett.*)*:* sim.-min. si[mul] *Leo p. 52, 6.* porricerent *Iunius, edd. fere omnes. Anno 260 dubitanter adscripsit Cich. p. 30—32.*

---

virum praetor advenit auspicat auspicium 36 (40)
prosperum

Ib. p. 468, 20 M (751 L) Auspicavi pro auspicatus sum . . . Naevius belli Poenici lib. IV: vir.-prosp. 1 verum *Iunius,* vixdum *Bhr.* advenit *Merula:* adveniet. *V. Leo p. 35, 4*; *45, 1. Cich. p. 32 hoc frgm. anno 260 dandum esse demonstravit.*

37* *Fest. p. 162 M (156 L)* de navali corona: <Primus eam accepit
(—) . . . C.> Atilius bel<lo Punico primo, ut a Naevio narra>tum est in car<mine belli Punici . . . . *Suppl. Cich. p. 33—36.* atillus (*non* tillus *ut refert Cich.*) *cod., corr. edd. Hanc rem in pugna apud Mylas a. 260 commissa gestam esse Cich. coniecit, qui frgm. libro IV dedit.*

38* *Prisc. I 249 H.* huius (*vocis* Samnis) neutrum Naevius Samnite
(59) protulit in carmine belli Punici. *Ib. 338* Naevius neutraliter hoc Samnite protulit in carmine belli Punici. *De Samnitibus a. 259 cum servis coniuratis v. Cich. p. 36, qui libro IV hoc frgm. dat.*

---

39 (37) transit Melitam
Romanus exercitus, insulam integram urit
populatur, vastat, rem hostium concinnat.

Non. p. 90, 24 M (129 L) Concinnare conficere vel colligere, Naevius belli Poenici lib. IV: trans.-conc. *Versus ut supra discripsit Leo. Duos versus integros deleto* exercitus *effecerat Vahlen ab* urit *alterum incipiens, sed v. Leo p. 39, 5 et 45, 4.* exerc. Rom. *in 2,* urit vastat populatur rem h. c. *in 3 mavult Thulin p. 32, 7. Acta haec a. 257, v. Cich. p. 39.*

---

40 (42) . . . eam carnem victoribus danunt

Ib. p. 97, 18 M (138 L) Danunt dant . . . Naevius belli Punici lib. IV: eam — dan. *Leo p. 44, 3*; *Thulin p. 32*; *Cich. p. 40.*

---

41 (43) vicissatim volvi victoriam . . .

Ib. p. 183, 16 M (269 L) Vicissatim per vices. Naevius belli Punici lib. IV: vic.-vict. *Leo p. 54, 1. Anno 256 dubitanter assignat Cich. p. 39.*

Liber V

42* seseque ei perire mavolunt ibidem
(39) quam cum stupro redire ad suos popularis

Fest. p. 317 M (418 L) Stuprum pro turpitudine antiquos dixisse apparet . . . Naevius: Ses. — pop. **1** ei *edd.:* i. *Agitur de*

Romanis Clupeae oppugnatis a. 255, v. Cich. p. 41, qui libro V hoc et proximum frgm. dedit.

sin illos deserant fortissimos viros, 43*
magnum stuprum populo fieri per gentes. (38)

Ib. post fr. 42 item: sin — gent. 2 *cit. Dub. nom. V 591 K.* (stuprum gen. neutr. ut naevius). *Orator quidam Romanus sive in curia sive apud populum pro militibus Clupeae inclusis verba facit, v. Cich. p. 42.*

Liber VI

Censet eo venturum obviam Poenum 44 (45)

Non. p. 267, 17 M (408 L) Censere significat existimare, arbitrari . . . Naevius belli Punici lib. VI: cens. — Poen. *Fort. ad res ante pugnam Panormitanam a. 250 commissam pertinet, v. Cich. p. 43—45.*

Superbiter contemptim conterit legiones 45 (46)

Ib. p. 515, 38 M (830 L) Contemtim contemnenter. Naevius belli Poenici lib. VI: Sup.-leg. *Ib. p. 515, 10 M (828 L). Agitur de P. Claudio Pulchro cos. a. 249, v. Cich. p. 45.*

Onerariae onustae stabant in flustris 46*
(51)

Isid. nat. 73, 6 B. Flustrum motus maris sine tempestate fluctuantis velut Naevius in bello Punico sic ait: On. — flustr. ut si diceret in salo. *Cf. Cich. p. 45—46 qui versum ad a. 249 relatum libro VI adsignat. De Isidori fonte v. Wessner Hermes 52 [1917] 215.*

Convenit regnum simul atque locos ut haberent 47

Non. p. 211, 6 M (311 L) Loca . . . masc. . . . Naevius belli Punici lib. VI: Conv.-hab. ac *pro* atque *Leo p. 45.* haberet *Merula et Cich. p. 49 versum de Hierone Syracusarum rege intellegens qui a. 248 foedus cum Romanis iniit. Item Taeubler Hermes 57 [1922] p. 157 qui tamen* haberent *defendit de Syracusanis intellegens.*

48 (44) Septimum decimum annum ilico sedent

Ib. p. 325, 6 M (510 L) Ilico in eo loco. Naevius belli Poenici lib. VI: Sept.-sed. Sept. ann. dec. *Thulin p. 38* Ilico *h. e. in Sicilia, cf. Cich. p. 50, qui virum Carthaginiensem in concilio de Romanis loqui ostendit. Annus 248/7.*

Liber VII

49 (48,4) Sicilienses paciscit obsides ut reddant.

Ib. p. 474, 20 M (761 L) post frgm. 50 idem: Sic. — redd. *Vocem* idem *Nonii, non Naevii esse vidit Bue. Libro VII post alios vindicavit Taeubler l. c.* Sic. *cum* obs. *coniungens et* redd. *de Poenis dictum esse demonstrans.* pac. *sc. Lutatius a. 241 de pace cum Carthaginiensibus agens. In Nonio* idem <lib. VI> *paulo audacius scribit Cich. p. 50—52 de foedere illo anni 248 (v. ad fr. 47) cogitans.*

---

50 (48,1—3) id quoque paciscunt † moenia sint quae
Lutatium reconciliant, captivos plurimos.

Ib. p. 474, 17 M (760 L) Paciscunt. Naevius belli Poenici lib. VII: id — plur. 1 sint L A^A B^A, sin C^A. 2 concilient *Luc. Mue. De vocula* idem *post* plurimos *tradita v. ad fr. 49. Agitur de pace, quam Q. Lutatius (cos. a. 242) a. 241 cum Poenis iunxit. V. Cich. p. 50—52 et Nordeni interpretationem ib. 51, 1, qui post alios* moenia = munera *intellegit et utrumque accusativum,* id *et* capt., *a* pac. *pendere putat.*

FRAGMENTA INCERTAE SEDIS ET DUBIA

51 (50) magnam domum decoremque ditem vexerant

Prisc. I 235 H. invenitur etiam simplex 'decor decoris' paenultima correpta apud vetustissimos, quando pro decorus decora — um accipitur. Naevius in carmine belli Punici: magn.-vex. magnam BG, magna quae R, magnamque *nonnulli.* vexarant *cum pluribus Krehlii libris Cich., sed Leo ea quae domus quaedam continuerit avehi existimat. Certo libro attribui non potest, v. Cich. p. 52—54.*

---

simul alius aliunde rumitant inter se. 52 (56)

Fest. p. 270 M (332 L) e Paulo suppl. Rumitant significat rumigerantur, ut Naevius: sim.-se. se *Urs.:* sese.

---

magnae metus tumultus pectora possidit. 53 (57)

Non. p. 214, 7 M (315 L) Metus . . . fem. Naevius: magnae-poss. magni *codd., unde* fem. *om. praeter* F^3 L, *v. Leo p. 36, 1.* possidit L, possidet *cett. Cich. p. 38.*

---

plerique omnes subiguntur sub unum iudicium 54 (52)

Don. Ter. Eun. 1, 1, 28 (p. 59 W.) Naevius in bello Punico: pler.-iud. unum A, suum TCV. *Cich. p. 38.*

---

quod bruti nec satis sardare queunt. 55 (53)

Fest. p. 322 M (428 L) e Paulo suppl. Sardare intellegere . . . Naevius belli Punici libro: quod — queunt. *Varro ling. 7, 108* (apud Naevium) in bello Punico 'nec satis sardare' ab serare dictum, id est aperire. *V. Leo p. 46, 3*

Gell. 5, 12, 7 Lucetium . . . Iovem Cn. Naevius in libris belli 56 (55) Poenici appellat.

Fest. p. 262 M (316 L) Runa genus teli significat . . . Naevi<us . . . 57 (58)

Ib. p. 162 M (158 L) Nemut nisi etiam vel <nempe. Naevius 58 (—) in carmine bell>i Punici, cum ait: nemut *<Lac. 25 fere litt.>* aerumnas. *Cich. p. 55.*

Paul. p. 20 M (18 L) Aenesi dicti sunt comites Aeneae. *Naevio* 59 (6) *attribuit Bue.*

Ib. Aenariam appellavere locum, ubi Aeneas classem a Troia 60 (17) veniens appulit. *Naevio dedit Bue.*

---

61 (29) *Fest. p. 293 M (374 L) s. v. Sublicium pontem:* meminit s<ublicii pontis Naevius>, qui ait in belli <Punici libro . . .> quam liquidum . . . amnem. *V. Cich. p. 54, qui* a>quam *suppl. quia verba* aqua liquens *paulo supra apud Festum leguntur. Non pontem sublicium, sed sublices explicari censet idem.*

Satyra

62 (60) quianam Saturnium   populum pepulisti?

Fest. p. 257 M (306 L) Quianam pro quare et cur positum est apud antiquos, ut Naevium . . . in Satyra: quianam — pep. *V. Leo p. 41, 1 qui dubitat, num titulus recte traditus sit.*

Ex ignoto libro

63 (62) atque prius pariet lucusta lucam bovem

Varro ling. 7, 39 apud Naevium: atque — bov. luca bos = elephans. *Metrum cum Graecorum versibus dactylo-epitriticis cpt. Leo p. 61. Hexametrum effecerunt multi, sed somnia haec esse Goetzio et Schoellio p. 274 iure videntur.*

Epitaphium Naevii

64 (p. 296, 3 B.)

Inmortales mortales   si foret fas flere,
Flerent divae Camenae   Naevium poetam.
itaque postquam est Orchi   traditus thesauro,
obliti sunt Romae   loquier lingua Latina.

Gell. 1, 24, 2 poetarum . . . epigrammata, quae ipsi fecerunt et incidenda sepulcro suo reliquerunt . . . Naevii plenum superbiae Campanae, quod testimonium iustum esse potuisset, nisi ab isto dictum esset: Inm.-Lat. 3 Orchi *cod. Buslidianus*, orcho *cett.* 4 oblitae sunt *del.* Romae *Leo p. 57, 2. Naevio abiudicant plerique.*

Metellorum versus

Malum dabunt Metelli   Naevio poetae

Ps. Bass. VI 266 K. (laudatis nonnullis Saturniis) ex omnibus istis . . . optimus est quem Metelli proposuerunt de Naevio ali-

quotiens ab eo versu lacessiti: Mal. — poetae. *Cf. porro Mar. Victorin. 139*; *Sacerd p. 531. Fortun. p. 294*; *Ter.* Maur. *v. 2517*; *Ps. Ascon. ad Cic. Verr. 1, 10, 29.* Dabunt malum *Fortun. Ter. Maur., Ps. Ascon.*

Incerti carmen Priami

Veteres Casmenas, cascam rem volo profari.

Varro ling. 7, 28 in carmine Priami quod est: 'vet.-prof.' et primum cascum significat vetus, secundo . . . *V. Leo p. 32, 1.* veteres casmenae ~ vetera carmina.

Incerti Saturnius (?)

occursatrix artificum, perdita spinturnix

Fest. p. 333 M (446 L) Spintyrnix est avis genus turpis figurae: occ.-spint. *V. Leo p. 19, 5. Num omnino versus sit dubium.*

ACILII GLABRIONIS TABULA

fundit fugat prosternit maximas legiones

Ps. Bass. VI 265 (inter exempla e tabulis triumphatoriis petita) in Acilii Glabrionis tabula: fund. — leg. *Triumphum egit M.' Acilius Glabrio a. 190, v. R. E. I 255.*

M. Aemilius cos. a. 179

duello magno dirimendo, regibus subigendis.

Liv. 40, 52, 5 supra valvas templi (*a M. Aemilio cos. dedicati*) tabula cum titulo hoc fixa est: duello — sub. *Ps. Bass. VI 265 K.* (*ex Regilli tabula*). duello magno regibus dirimendo caput (*haec vox ex sequente enuntiato irrepsit*) subigendis *Livii codex. Ex iis quae apud Livium sequuntur corruptissimis Saturnios efficere conati sunt cum alii tum Bhr. Qua de re cf. Leo p. 64. De Gracchi titulo ap. Liv. 41, 28, 8 ib.*

VERSICULI POPULARES ET PUERILES

1 Nil cum fidibus graculo est, nihil cum amaracino sui.

Gell. praef. 19 vetus adagium est: Nil — sui. *Cf. Lucr. 6, 973* denique amaracinum fugitat sus et timet omne unguentum.

---

2 Ibi pastores ludos faciunt coriis Consualia.

Varro frg. Non. p. 28, 7 M (*31 L*) etiam pellis bubulas oleo perfusas percurrebant ibique cernuabant, a quo ille versus vetus est in carminibus: ibi — Cons.

---

3 (4) rex erit qui recte faciet; qui non faciet, non erit.

Porph. Hor. sat. 1, 1, 62 contra pueri lusu cantare solent: Rex — erit.

---

4 (5) habeat scabiem quisquis ad me venerit novissimus.

Ib. ad A. P. 417 (occupet extremum scabies) hoc ex lusu puerorum sustulit, qui ludentes solent dicere: hab. — nov. *Ordinem traditum* qu. a. m. nov. ven. hab. sc. *corr. L. Mue.*

---

5 (p. 37 B.) malum consilium consultori pessimum est

Gell. 4, 5 (*narrata historiola de aruspicum Tuscorum perfidia*) Versus hic . . . cantatus . . . esse a pueris urbe tota fertur: malum — est. Ea historia de aruspicibus ac de versu isto senario scripta est in annalibus maximis (*fr. 4 P.*) libro undecimo et in Verri Flacci libro primo rerum memoria dignarum. Videtur autem versus hic de Graeco illo Hesiodi versu expressus (*'E. κ. 'H* 266) *ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. Varro rust. 3, 2, 1* quod dicitur, malum cons. cons. est pessimum. *V. Otto, Sprichw. p. 90, Peter Hist. Rom. Rell.*[2] *p. XXIII.*[1]

PRAECEPTA RUSTICA ET MEDICA

1 (p. 58 B.)
Hiberno pulvere, verno
luto grandia farra,
Camille, metes.

Paul. p. 93 M (*82 L*) *s. v. Flaminius Camillus* . . . omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine,

cum pater filio de agricultura praeciperet: Hib. — met. *Cf. Macr. 5, 20, 18* (*ad Verg. Georg. 1, 101*) in libro . . . vetustissimorum carminum, qui ante omnia quae a Latinis scripta sunt, compositus ferebatur, invenitur hoc rusticum vetus canticum: Hib. — met. *Idem fere Schol. Georg. 1, 101. Ad metrum v. Leo, Der Sat. Vers p. 63.*

Novum vetus vinum bibo, 2 (—)
novo veteri [vino] morbo medeor.

Varro ling. 6, 21 Flaccus flamen Martialis dicebat hoc die (*sc. Meditrinalibus*) solitum vinum <novum> et vetus libari et degustari medicamenti causa; quod facere solent etiam nunc multi cum dicunt: Nov. — med. *Cf. Paul. p. 123 M* (*110 L*) *s. v. Meditrinalia* . . . Mos erat Latinis populis, quo die quis [primum *om.* TLE] gustaret mustum, dicere ominis gratia: Vetus, nov. v. b., veteri novo m. m. *V. Leo l. c.*

Pastores te invenerunt, 3 (—)
sine manibus colligerunt,
sine foco coxerunt,
sine dentibus comederunt

Marcell. med. 21, 3 Item ad id (*sc. corcum morbum*) aliud carmen: Corce, corcedo stagne, past. — com. *Cf. 28, 16* hunc morbum 'past. — com.' *Sim. Pelagon. 58 Ihm. V. Leo l. c.*

Nec mula parit nec lapis lanam fert 4 (—)
nec huic morbo caput crescat
aut si creverit tabescat

Ib. 8, 191 Si in dextro oculo varulus erit natus . . . dices: Nec — tab. 1 pari<e>t. . . fer<e>t *Bue. senarium restituens, sed. v. Leo p. 64.*

Ego tui memini, 5
medere meis pedibus. (p. 34
Terra pestem teneto, B.)
salus hic maneto
in meis pedibus.

Varro rust. 1, 2, 27 Stolo subridens 'dicam', inquit, 'eisdem quibus ille verbis scripsit (velTarquennam audivi, cum homini

pedes dolere coepissent qui tui meminisset, ei mederi posse): 'ego — ped.' Hoc ter noviens cantare iubet, terram tangere, despuere, ieiunum cantare. *Ad rem metricam v. Leo p. 62.*

EPIGRAMMA A VARRONE PLAUTO ATTRIBUTUM

(p.296, 4 B.) Postquam est mortem aptus Plautus, Comoedia luget,
scaena est deserta, dein Risus Ludus Iocusque
et Numeri innumeri simul omnes conlacrimarunt.

Gell. 1, 24, 3 Epigramma Plauti quod dubitassemus an Plauti foret nisi a M. Varrone positum esset in libro de poetis primo (*fr. 59 Fun.*): Postq. — conl. *V. Leo, Gesch. d. Roem. Lit. p. 438, 1.*

EPIGRAMMA PACUVI

(p.296, 5 B.) Adulescens, tam etsi properas, hoc te saxulum
rogat ut se aspicias, deinde, quod scriptum est legas.
Hic sunt poetae Pacuvi Marci sita
ossa. Hoc volebam nescius ne esses. Vale.

Ib. Epigramma Pacuvii verecundissimum et purissimum dignumque eius elegantissima gravitate: Ad. — vale. **1** tam *duo florilegia:* tamen. te saxulum *Bue.:* te saxum (thesaurum R) *codd. V. etiam inter fr. Varroniana nr. 62 Fun. et Leo l. c.*

ARDEATIS TEMPLI INSCRIPTIO

(p. 38 B.) Dignis digna. Loco picturis condecoravit
reginae Iunonis supremi coniugis templum
Plautius Marcus; cluet Asia lata esse oriundus,
quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudet.

Plin. nat. 35, 115 Decet non sileri et Ardeatis templi pictorem, praesertim civitate donatum ibi et carmine, quod est in ipsa pictura his versibus: Dignis — laud. **1** *Cf. Popul. vers. in Sarmentum (infra p. 112) v. 2* digna dignis. Loco = Lycon *accipiunt cum Bergkio.* **3** plaucius marcus *Bamb.*, marcus plautis marcus *cett.* cluetas alata B, cloet asia lata *cett.*

HOSTII BELLUM HISTRICUM

Liber I

Percutit atque hastam pilans prae pondere frangit 1 (2)

Schol. Verg. Aen. 12, 121 Hostius Belli Histrici primo: Perc. — frang. pilans id est figens.

Saepe greges pecuum ex hibernis pastibus pulsae 2 (4)

Prisc. I 270 H. vetustissimi etiam 'hoc pecu', unde 'haec pecua' plurale dicebant. Hostius (*sic Fabricius:* Hostilius) in I annali: Saepe — pulsae.

Liber II

non si mihi linguae 3 (5)
centum atque ora sient totidem vocesque liquatae.

Macr. 6, 3, 6 hunc (*Hom. B 489*) secutus Hostius poeta in libro secundo belli Histrici ait: non — liq.

Dia Minerva ⟨simul⟩, simul autem invictus Apollo 4 (6)
arquitenens Latonius . . .

Ib. 6, 5, 8 ad Aen. 3, 75: sed et Hostius libro secundo belli Histrici: Dia — Lat. simul *geminavit Haupt*, ⟨ruit⟩ *Ritschl.*

Ex incertis libris

sententia praesto 5 (3)
pectore pilata

Schol. Aen. post fr. 1 idem: sent. — pil., id est fixa, stabilis. pilata *Daniel:* pilato.

Fest. p. 356 M (488 L) s. v. Tesca. Hostius belli ⟨Histrici lib. . . .⟩ per gentes alte aetherias atque ⟨*lac. dimidii fere versus*⟩ i violabis templa antiqua deum. alte *cod. teste Urs.*, alt *teste Keilio, unde* ait *Lindsay perperam.* atque ⟨ardua tesca *Bhr.* (avia tesca *Urs.*). *Verba* violabis *e. q. s. ab Hostii versu seiungit Linds., quia in cod. ante* viol. *dictinctio observatur.* volabis *multi.* 6 (1)

---

7 *Ib. p. 325 M (434 L) s. v. Scaevam.* <Hos>tius in belli Hi<strici libro . . . *6 fere litterae*> sentit scaev <*19* fere *litt.*> obit penitus o . . . .

L. ACCIUS

I ANNALES

Liber I

1 Maia nemus retinens gravido concepit in alvo.

Prisc. I 163 H. Accius tamen masc. hoc (*alvus*) protulit annali I: Maia — alvo. *Non. p. 193, 24 M* (*285 L*) *post fr. 5* et alius auctoritatis obscurae: Maia — alvo. *Char. 101 B* (*81 K*) alvum . . . masc. . . . Accius frequenter. Mala *Nonii* L, '*codex ille insignissimus*' (*Lindsay*), *unde* mala manu *Scal.*

Liber XXVII

2 calones famulique metellique caculaeque.

Fest. p. 132 L Metelli dicuntur in lege militari quasi mercennarii. Accius Annali XXVII Calones — caculaeque. A quo genere hominum Caeciliae familiae cognomen putat ductum.

Ex incertis libris

(cf. etiam ad fr. *26*.)

3 Maxima pars Graium Saturno et maxime Athenae
conficiunt sacra, quae Cronia esse iterantur ab illis,
eumque diem celebrant: per agros urbesque fere omnes
exercent epulas laeti famulosque procurant
quisque suos; nosterque itidem est mos traditus illinc
iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.

Macr. 1, 7, 36 apparet Saturnalia vetustiora esse urbe Romana, adeo ut ante Romam in Graecia hoc sollemne coepisse L. Accius in Annalibus suis referat his versibus: Max. — ib. 3 cumque *edd. prisc., an* conque? per omnes *Anglic.* 4 epulas *scripsi cum Bhr.:*

epulis; *quod si tueri mavis, traiectio particulae* que *sumenda est.* **5** nostrique *et mox* et *codd., corr. Bhr. et Gronov* (*hic* est *scribens*).

---

fraxinus fixa ferox infensa infunditur ossis. 4

Prisc. I 254 H. (hoc ossum) Accius . . . in Annalibus: Frax. — ossis. fixa LK, fissa *cett. Cf. Leo, Lit. Gesch. p. 391, 2.*

– ⏑̄ ⏑̄ – ⏑ ⏑ – ut quam fragilissimus alvos 5

Non. p. 193, 24 (284 L) Masc. Accius Annalibus: ut — alvos. *Prisc. I 268 H.*

II DIDASCALICA

Liber I

Gell. 3, 11, 4 Accius . . . in primo didascalico levibus admodum argumentis utitur per quae ostendi putat Hesiodum natu priorem: quod Homerus, inquit, cum in principio carminibus Achillem esse filium Pelei diceret, quis esset Peleus non addidit; quam rem procul, inquit, dubio dixisset, nisi ab Hesiodo iam (*Theog. 1006*) dictum videret. De Cyclope itidem, inquit, vel maxime quod unoculus fuit, rem tam insignem non praeterisset, nisi aeque prioris Hesiodi carminibus (*Th. 142*) involgatum esset. 6 (1 Fun.)

---

placare hostem ferocem inimiciterque accensum. 7 (3 Fun.)

Non. p. 524, 20 M (827 L) Inimiciter. Accius Didascalicorum lib. I: plac. — acc. placere L. *De hoc Sotadeo cf. Leo p. 387, 2 qui cum Φ 71 sqq.* (*Lycaon et Achilles*) *comparat.*

– ⏑ – sapientiaeque invictae gratia atque honoris 8
patera Nestorem mactavit aurea. (2 Fun.)

Non. p. 341, 23 M (539 L) Mactare, honorare. Accius Didascalicon lib. I: sap. — aur. *Octonarios trochaicos discripsit Leo p. 389, 3, cf. ib. 387,2. Exemplar graecum Ψ 615 sqq.* invictae *cum vv. 620 sqq.* δίδωμι δέ τοι τόδ' ἄεθλον αὔτως *comparat Leo.*

---

9 audax falsidica, gnati mater pessimi,
(4 Fun.) odibilis, natura impos, excors, ecfera.

Prisc. I 253 H. impos . . . Accius in I Didascalicon: Aud. — ecf. **1** Falsidica audax *codd., corr. Bue. Rh. Mus. 35, 401 senarios restituens.* **2** ecfera *Lachmann:* et fera. *De Iunone Martis matre cogitavit Bue., de Venere et Cupidine Immisch Philol. 69, 68. Cf. Leo p. 387, 2 et 389, 3. Fort. ex altero in opus suum transtulit hosce versus poeta.*

Liber II

10 ut dum velint brevitatem consequi verborum.
(5 Fun.) aliter ac sit relatum redhostiant responsum.

Non. p. 165, 23 M (243 L) Redhostit, reddit. Accius . . . Didascalicon lib. II: ut — resp. **1** brev. vel. *Lachmann.* **2** redhostire sponsum *codd., corr. Hermann. De stichomythia agi putaverunt Lachmann (Kleinere Schriften II 70), Norden Rh. Mus. 48, 530. Contra Immischio (Philol. 69, 70) Accius eos vituperare videtur, qui nuntios epicos non ut Homerus mandata verbatim reddentes faciebant. Cf. Leo p. 387, 3. Sunt Sotadei; non recte Fun. p. 25.*

---

11 sed Euripidis, qui choros temerius in fabulis . . .
(6 Fun.)

Ib. p. 178, 20 M (262 L) Temerius. Accius Didascalicon lib. II: sed — fab. *Est oratio pedestris sicut proxima frgm. 12—14. V. Leo p. 389, 3.*

Liber VIII

12 actoribus manuleos baltea machaeras
(7 Fun.)

Ib. p. 194, 18 M (286 L) de balteo: Neutro . . . Accius Didascalicon lib. VIII: act. — mach. *Cf. Leo p. 387, 4.*

Liber IX

13 Nam quae varia sint genera poematorum, Baebi, quam-
(8 Fun.) que longe distantia alia ab aliis, nosce.

Char. 179 B (142 K) de forma poematorum: Accius quoque Didascalicorum VIII: nam — nosce. bęb; q̱ q̄ (*h. e.* baebus quam

quae) *cod. N. Cf. Leo p. 390, 2: non dedicatus erat Baebio cuidam hic liber, sed dialogo intererat; v. etiam p. 387, 5.*

Vectigalia legerant vestra, et servantur statim. 14

Ib. 284 B (220 K). Statim Accius in Didascalicon VIIII: (9 Fun.)
'vect. — stat.' pro statute et ordinate. lege erant *et mox* servabantur *Madvig*; locantur *Bue. Cf. Leo p. 390, qui hominem Graecum Romanos quosdam alloqui putat.*

---

et magnificissimei excelsissimeique honore 15

Prisc. I 92 H. de comparativo et superlativo vocum in — (10 Fun.)
ficus terminantium: apud vetustissimos . . . Accius in VIIII Didascalicon: et — hon. *De Sotadeo cf. Leo p. 389, 3.*

Ex incertis libris

(cf. ad fr. *27.*)

Cic. Brut. 72 Accius autem a Q. Maxumo quintum consule 16
(*a. 209*) captum Tarento scripsit Livium, annis XXX post quam (18 Fun.)
eum fabulam docuisse et Atticus scribit (*fr. 1 Fun.*) et nos in antiquis commentariis invenimus, docuisse autem fabulam annis post XI C. Cornelio Q. Minucio consulibus (*a. 198*) ludis Iuventatis, quos Salinator Senensi proelio voverat. *De hoc Accii errore cf. ex. gr. Leo p. 388, qui iure Didascalicis attribuit hoc. frgm.*

Nam nec Geminei lenones nec Condalium nec Plauti 17
Anus, nec Bis compressa nec Boeotia umquam fuit, (19 Fun.)
neque adeo Agroecus neque Commorientes Macci
Titi.

Gell. 3, 3, 9 M. tamen Varro in libro de comoediis Plautinis primo (*fr. 88 Fun.*) Accii verba haec ponit: nam — Titi. *Versus esse putavit G. Hermann. Cf. Leo p. 388 (Plaut. Forsch.² p. 35).*

Cic. Brut. 229 Accius isdem aedilibus (*a. 140*) ait se et Pacu- 18
vium docuisse fabulam, cum ille octoginta, ipse triginta annos (20 Fun.)
natus esset. *Cf. Leo p. 389.*

III SOTADICA

Liber I

19 (8) Non ergo aquila, ita uti praedicant, sciciderat pectus.

Gell. 6, 9, 16 L. Accius in Sotadicorum libro I sciciderat dicit. Verba haec sunt: non — pect. *Prisc. I 517 H.* num *Gellii Parisinus* (*Lachmann*), non *cett. et Prisc.* uti *Leo*, ut hi *Gell.*, ut *Prisc. Cf. Leo 392, 1. Forma Sotadei:* – – ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ – – ⏑ | – ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑.

Ex incerto libro

20 (21 Fun.) Unde omnia perdisci ac percipi queuntur.

Diom. I 385 K. Attius (Actius *B*) . . . alibi (*praecessit fr. 662 R.*[3] *propter formam* quitus sum *allatum*) eodem modo: unde — queuntur. '*Versus est sotadeus; ad Aristophanis Byzantii opera haec refert Norden Rh. M. 48, 538*' *Fun. Sotadicis attribuit Leo p. 392, 1.*

IV PARERGA

Liber I

21 (22) bene proscissas cossigerare †ordine
porcas bidenti ferro rectas †derevere

Non. p. 61, 19 M (*85 L*) Porcae agri . . . Accius Parergorum lib. I: bene — der. '*Fort* . . . bene proscissas (*sc. liras*) quo signaret ordine p. b. f. r. eruens *Lindsay.*

V PRAGMATICA

Liber I

22 (24) et cuncta fieri cetera
imbecilla †non quod ponderitatem gravitatemque nominis

Ib. p. 156, 3 M (*229 L*) Ponderitatem a pondere, ut gravitatem. Accius Pragmaticon lib. I: et — nom. *Trochaeos discripsit Madvig* ob *pro* non quod *scribens.* nominis *idem*, hominis *codd. Contra senarios effecit Havet:* **1** et — nunc (*sic pro* non), **2** ob — nom. *Cf. Norden l. c. p. 533.*

E libris incertis

describere in theatro perperos 23 (25)
popularis

Ib. p. 150, 11 M (*219 L*) Perperos, indoctos stultos rudis insulsos mendaces. Accius Pragmaticis: descr. — pop. *Agitur de prisca q. d. comoedia Attica, cf. Leo p. 391, 1.*

---

et eo plectuntur poetae quam suo vitio saepius 24 (26)
⟨aut⟩ ductabilitate nimia vestra aut perperitudine.

Ib. post fr. 23: idem eodem: et — perp. 2 aut *suppl. G. Hermann.*

Gell. 20, 3, 2 Sicinnium . . . genus veteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quae nunc stantes canunt. Posuit hoc verbum L. Accius poeta in Pragmaticis appellarique sicinnistas ait nebuloso nomine; credo propterea nebuloso, quod sicinnum cur diceretur obscurum esset. *Versus sic restituit Leo p. 391, 1:* 25 (27)

saltabundi autem canebant ⟨tum⟩ quae nunc stantes canunt
⟨et⟩ sicinnistas ⟨appellant hos⟩ nebuloso nomine.

VI INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

it nigrum campis agmen ∪ ∪ _ ∪ ∪ _ _ 26 (28)

Serv. Aen. 4, 404 hemistichium Ennii (*ann. 474* V^2) de elephantis dictum, quod ante Accius est usus de Indis. 'ante *scilicet Vergilium*' *Thilo. Ex annalibus sumptum videtur, cf. Leo p. 391, 2.*

Varro ling. 7, 64 miraculae a miris, id est monstris; a quo Accius ait: personas distortis oribus deformis miriones. distortis *M. Hertz et Madvig:* distortas. *Cf. CGL V 33, 25; 84, 6. Didascalicis inseruit Norden Rh. M. 48, 534* 27 (22 Fun.)

Ib. § 96 obsc<a>enum dictum ab sc<a>ena; eam ut Graeci [aut] Accius scribit scena. *De iis quae sequuntur fort. ad Accium redeuntibus v. Norden l. c.* 28 (23 Fun.)

---

29 (6) *Ib. 5, 98* haec (ariugae) sunt quorum in sacruficiis exta in olla, non in veru coquuntur, quas et Accius scribit et in pontificiis libris videmus. *Inter incerta fragmenta tragica vocem* arviga *receperat Ribb.*^{2} *p. 227, omisit TRF*^{3}.

---

30 (24 Fun.) *Scaur. VII 18 K.* Accius geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit, cum alioqui adiecto vel sublato apice longitudinis et brevitatis nota posset ostendi. *Cf. Quint. 1, 7, 14. Vel. VII 55 h., Mar. Victorin. VI 8 K.:* cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebat, praeterquam quae in i litteram incideret: hanc enim per e et i scribebat.

---

31 (25 Fun.) *Mar. Victorin. 8, 11 K.* Accius cum scriberet anguis angulus, <agguis>, aggulus ponebat. *Cf. id.* p. *19, 11 et Varronis frgm. e*
32 (26 Fun.) *libris de origine linguae Lat. p. 201, 4* G.-*Sch. Mar. Victorin. l. c.* Idem nec z litteram nec y in libros suos rettulit.

VII FRAGMENTUM FALSUM

Praxidicus

33 (23) *Plin. nat. 18, 200* adiecit his (*sc. praeceptis serendi*) Attius in Praxidico, ut sereretur, cum luna esset in ariete, geminis, leone, libra, aquario. *Cf. Ind. Auct. XVIII* Attius qui Praxidica scripsit. *De astronomico Accii poetae opusculo cogitavit Crusius, quem refellit Wilamowitz, v. Leo p. 391, 2. Mira confusio Teuffel I*^{6} *§ 134, 12.*

Templi Tarracinensis inscriptio

Bene meriti servi sedeant: surgunt liberi

Schol. Aen. 8, 564 in huius (Feroniae) templo Tarracinae sedile lapideum fuit, in quo hic versus incisus erat: bene — liberi. surgant *vel* surgent *edd. cf. Bue. Rh. M. 41, 1.*

Q. VALERIUS SORANUS

1 (1 Fun.) vetus adagio est, o Publi Scipio . . .

Varro ling. 7, 31 apud Valerium Soranum: vet. — Scip. *E prooemio libri cuiusdam ad P. Scipionem Nasicam missi.*

cf. Cichorius, Hermes 41, 67. Cave versum latere putes. V. Leo p. 431, 4.

Accius Hectorem nollet facere, Hectora mallet. 2

Ib. 10, 70 Accius . . . in tragoediis (*TRF*³ *p. 262*) largius a prisca consuetudine movere coepit et ad formas Graecas verborum magis revocare, a quo Valerius ait: Acc. — mall. nolet *et* malet *Ribb. ex cod. Hauniensi.* (3 Fun.)

Ib. 7, 65 scruppedam . . . Valerius a pede ac scrupea. 3

(2 Fun.)

Iuppiter omnipotens regum rerumque deumque 4
progenitor genetrixque, deum deus, unus et omnes.

Aug. civ. 7, 9 quosdam versus Valerii Sorani exponit . . . Varro in eo libro, quem . . . de cultu deorum scripsit; qui versus hi sunt: Iupp. — omnes. *Cf. Mythogr. 3 p. 152 Bode, qui* repertor *pro* deumque *et* idem *pro* omnes *habet. Cf. Aug. l. c. 7, 11* Iupp. — deum *falsa distinctione citantem. V. Leo p. 432, 1 cum ubera explicatione, Orph. fragm. coll. Kern p. 93.*

---

5 *Plin. nat. praef. 33* hoc (*sc. praemittere indices librorum*) ante me fecit in litteris nostris Valerius Soranus in libris quos ἐποπτίδων inscripsit. *Leo p. 432, 2.*

---

6 *Ib. 3, 65* Roma ipsa, cuius nomen alterum dicere arcanis caerimoniarum nefas habetur, optimaque et salutari fide abolitum enuntiavit Valerius Soranus luitque mox poenas. *Cf. Plut. Quaest. Rom. 61 (II p. 287 Bern.). Διὰ τί τὸν θεὸν ἐκεῖνον, ᾧ μάλιστα τὴν Ῥώμην σῴζειν προσήκει καὶ φυλάττειν, εἴτ' ἐστὶν ἄρρην εἴτε θήλεια, καὶ λέγειν ἀπείρηται καὶ ζητεῖν καὶ ὀνομάζειν. ταύτην δὲ τὴν ἀπόρρησιν ἐξάπτουσι δεισιδαιμονίας, ἱστοροῦντες Οὐαλέριον Σωρανὸν ἀπολέσθαι κακῶς διὰ τὸ ἐξειπεῖν.*

---

7 (—) *Gell. 2, 10, 3* Varro . . . Q. Valerium Soranum solitum dicere ait, quos 'thesauros' Graeco nomine appellaremus, priscos Latinos flavisas dixisse, quod in eos non rude aes, sed flata signataque pecunia conderetur. *Quae non solum dixisse, sed etiam in libris posuisse Valerium verisimile est.*

T. QUINTIUS ATTA

Epigrammata

praeterea fusus resoluta crine capillus.

Non. p. 202, 23 M (298 L) Crines ... fem. ... Atta in epigrammatis: praet. — cap. fusus *Onions:* tusis. *Attae nomen multis suspectum fuit.*

PAPINI EPIGRAMMATION

Ridiculum est cum te cascam tua dicit amica,
fili Potoni, sesquisenex puerum.
dic rusum pusam :sic fiet 'mutua muli',
nam vere pusus tu, tua amica senex.

Varro ling. 7, 28 cascum significat vetus . . . ostendit Papini epigrammation, quod in adolescentem fecerat Cascam: rid. — sen. 1 amica *Turnebus:* amici 3 dicit pusũ puellã pusã *Flor, corr. Bhr.* (dic tu illam pusam *Turn.*) mutua muli *sc. scabunt, cf. Otto, Sprichw. p. 232.* 4 tua — senex *cit. Prisc. I 90 H.* 'Pomponius in epigrammate'; Pompilius *coni. Bergk, quem secutus est Bhr.*

POMPILI EPIGRAMMA

Pacui discipulus dicor. Porro is fuit Enni,
Ennius Musarum. Pompilius clueor.

Non. p. 87, 29 M (125 L) Cluet, nominatur . . . Varro *ὄνος λύρας (356 Bue.)*: Pac. — clueor. 1 Pacui *Lachmann:* Pacuvius. '*Varro Pompili ipsius epigramma referre videtur*' *Bhr.*

VALERI AEDITUI EPIGRAMMATA

1 Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
quid mi abs te quaeram, verba labris abeunt,
per pectus manat subito ⟨subido⟩ mihi sudor:
sic tacitus, subidus, dum pudeo, pereo.

Gell. 19, 9, 11 Aeditui versus: dic. — per. 2 verba O^2 X, membra *cett.* 3 *suppl. Usener.* 4 dum pudeo *idem:* duplideo. (DUPLIDEO *ortum e* DUPUDEO).

Quid faculam praefers, Phileros, quae nil opus nobis? 2
  ibimus sic, lucet pectore flamma satis.
Istam nam potis est vis saeva extinguere venti
  aut imber caelo candidus praecipitans;
at contra hunc ignem Veneris nisi si Venus ipsa
  nulla est quae possit vis alia opprimere.

Ib. alios versus eiusdem addidit: quid — oppr. **3** nam *Turn.*: non *codd.*, *quo servato interrogative* praecipitans? *Iac. Gronovius.*

Q. LUTATI CATULI EPIGRAMMATA

Aufugit mi animus; credo, ut solet, ad Theotimum 1
  devenit. Sic est, perfugium illud habet.
Quid, si non interdixem, ne illunc fugitivum
  mitteret ad se intro, sed magis eiceret?
Ibimus quaesitum. Verum, ne ipsi teneamur
  formido. Quid ago? Da, Venus, consilium.

Ib. § *14* Quinti Catuli versus illi fuerunt: Auf. — cons. **3** Quid? quasi *Korsch.* **5** verbum *codd.* *Cf. Callim. ep. 41 Ἥμισύ μευ ψυχῆς ἔτι τὸ πνέον, ἥμισυ δ᾽ οὐκ οἶδ᾽ εἴτ᾽ Ἔρος εἴτ᾽ Ἀίδης ἥρπασε, πλὴν ἀφανές. ἦ ῥά τιν᾽ ἐς παίδων πάλιν ᾤχετο; καὶ μὲν ἀπεῖπον πολλάκι ʽτὴν δρῆστιν μὴ ὑποδέχεσθε νέοιʼ. † ουκισυνιφησον ἐκεῖσε γὰρ ἡ λιθόλευστος κείνη καὶ δύσερως οἶδ᾽ ὅτι που στρέφεται.* Fronto *p. 4, 9 N* (Caesar ad Frontonem) At ego ubi animus meus sit nescio, nisi hoc scio illo nescio quo ad te profectum esse.

Constiteram exorientem Auroram forte salutans, 2
  cum subito a laeva Roscius exoritur.
Pace mihi liceat, caelestes, dicere vestra:
  mortalis visus pulchrior esse deo.

Cic. nat. deor. 1, 28, 79 Quintus Catulus huius collegae et familiaris nostri pater dilexit municipem tuum Roscium, in quem etiam illud est eius: Const. — deo.

IN CARBONEM VERSUS POPULARIS

Postquam Crassus carbo factus, Carbo crassus factus est.

Sacerd. p. 461 K. astismos . . . per similitudinem, quo modo dictum est de Carbone, qui mortuo Crasso, homine felice, inimico suo, ante obscurus florere coepit: P. Cr. c. factus [est *del. Haupt*], id est periit, C. c. f. e., id est res ante mortua revixit, id est ad florem pervenit. '*Mortuus est L. Licinius Crassus, cui Papirius Carbo erat inimicissimus* (*Cic. de orat. 3, 3, 10*) *a. 91*' *Bhr.*

A. FURIUS ANTIAS

1 Sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit.
2 Omnia noctescunt tenebris caliginis atrae.
3 Increscunt animi, virescit volnere virtus.
4 Sicut ful[i]ca levis volitat super aequora classis,
5 Spiritus Eurorum viridis cum purpurat undas.
6 Quo magis in patriis possint opulescere campis.

Gell. 18, 11, 4 commemoratis vocibus quinque, quas apud Furium veterem poetam reprehendebat Caesellius Vindex: Versus autem ipsos ex poematis Furianis, in quibus verba haec sunt, subdidi: *1—6.* **1** *cit. Non. p. 133, 23 M* (*194 L*), **2** *id. p. 145, 9 M* (*211 L*), **3** *id. 188, 5 M* (*276 L*), 6 *id. p. 148, 16 M* (*216 L*). **3** virescit *Non.*, virescunt *Gell.* (increscunt Q). **4** fulca *Pontanus*, sic fulica levius *eleganter Beloe.* **5** Eurous *Bhr.*

PORCIUS LICINUS

1 (1 Fun.) Poenico bello secundo Musa pinnato gradu
intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

Gell. 17, 21, 45 (*e Varrone*) Porcius . . . Licinus serius poeticam Romae coepisse dicit in his versibus: Poen. — fer. *Cf. Leo p. 436, 1.*

---

2 (2 Fun.) *Varro ling. 5, 163 post codicis lacunam:* ligionem Porcius designat, cum de Ennio scribens dicit eum coluisse Tutilinae loca. regionem *coni. Turnebus.* Tutil. loca *ad pedem meridionalem Palatini sita erant.*

Dum lasciviam nobilium et laudes fucosas petit, 3
dum Africani vocem divinam inhiat avidis auribus, (4 Fun.)
dum ad Philum se cenitare et Laelium pulchrum putat,
dum se ab his amari credit ⟨propter indolem ingeni⟩,
crebro in Albanum ⟨Afer⟩ rapitur ob florem aetatis suae:
Post sublatis rebus ad summam inopiam redactus est.
Itaque ex conspectu omnium abiit Graeciam in terram ultimam,
mortuust Stymphali, Arcadiae oppido. Nil P⟨ublius⟩
Scipio profuit, nil illi Laelius, nil Furius,
tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime:
eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam,
saltem ut esset quo referret obitum domini servulus.

Suet. vita Ter. ap. Donat. p. 3 Wessner (de Terentio): hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano et C. Laelio, quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur: quod . . . Fenestella arguit . . . quamvis . . . Porcius suspicionem de consuetudine per haec faciat: Dum — serv. **3** Philum *Roth*, fixum A, furium *cett. De L. Furio Philo cf. Muenzer RE VII 360.* **4** se ab his amari *Funaioli:* se amari ab his. *alterum hemistichium suppl. Leo p. 436, 2.* **5** *suppl. Leo.* **6** *sic* A, ipsus sublatis *cett.*, suis postlatis *Ritschl.* **7** abiit T F V, abit A, ⟨ubi⟩ abit *Bergk.* **8** ⟨in⟩ opp. *Roth, sed hiatum tuetur Leo Plaut. Forsch.*^{2} *p. 357.* Publio *Ritschl:* P. **9.** nihil illi A, nihil ei *cett.* **10** id *Wolf. Cf. omnino Leo l. c., Vahlen Ges. Phil. Schr. II 1 sqq.*

Cic. fin. 1, 2, 5 ut, cum Sophocles vel optime scripserit Electram, tamen male conversam Atilii mihi legendam putem; de quo Licinus *ferreum scriptorem*; verum, opinor, scriptorem tamen, ut legendus sit. *Quod verba* ferreum — tamen *oct. troch. efficiunt, casu factum esse videtur Leoni p. 437, 2. Fragmentum dubium, nam cod. A m. pr.* lucinius, *m. sec.* licinius (*sic etiam cett.*) *habet.* Licinus *C. F. W. Mue.*, Lucilius *Detlefsen Phil. 42, 182, quod moneo propter coniecturam a Schichio denuo prolatam et in textum receptam. Non curavit Marx in Luc. ed. Muelleri emendatio magis arrideret, si Porcius usquam alibi solo cognomine afferetur.* 4 (3 Fun.)

---

5 (6) salsi fretus

Char. 164 B (*129 K*) Fretus, huius fretus Porcius Licinus, ut Plinius eodem sermonis dubii libro VI refert, salsi fretus. *Cf. Lucilii 939 cum Marxii commentario.*

Epigrammata

6 (5) Custodes ovium tenerae propaginis, agnum,
quaeritis ignem? Ite huc; quaeritis? ignis homost.
Si digito attigero, incendam silvam simul omnem,
omne pecus flammast, omnia quae video.

Gell. 19, 9, 13 dixit versus Porcii Licini hosce: Cust. — vid. 1 tenerae *Hosius* (*de* prōpago *v. Marx, Moloss. . . . Wortformen p. 50*), teneraeque *Victorius:* vendere. agnum *gen. plur.* 2 quar. ign. i. h. quaer. i. h. quaer. ign. hom. *codd*, qu. i. i. h., <totus hic> i. hom. *Leo.* 4 *ante, non post* flammas *dist. Leo. Conferunt inde a Iacobsio Anth. Pal. IX 15 Οὗτος ὁ πῦρ καύσει διζήμενος, οὗτος ὁ νύκτωρ τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι, δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἅψον σέλας· ἔνδοθι γάρ μου καιόμενον πολλὴν ἐξανίησι φλόγα.*

---

7 (6 Fun.) volitare ululantis

Varro ling. 7, 104 (multa ab animalium vocibus tralata in homines) . . . minus aperta, ut Porcii ab lupo: vol. ul. *Hic collocavi.*

VOLCACIUS SEDIGITUS

Liber de poetis

1 (1 Fun.) Multos incertos certare hanc rem vidimus,
palmam poetae comico cui deferant.
Cum meo iudicio errorem dissolvam tibi,
ut, contra si quis sentiat, nihil sentiat.
Caecilio palmam Statio do mimico.
Plautus secundus facile exuperat ceteros.
Dein Naevius, qui fervet, pretio in tertiost.
Si erit, quod quarto detur, dabitur Licinio.
Post insequi Licinium facio Atilium.
In sexto consequetur hos Terentius,

Turpilius septimum, Trabea octavum optinet,
nono loco esse facile facio Luscium.
Decimum addo causa antiquitatis Ennium.

Gell. 15, 24 Sedigitus in libro, quem scripsit de poetis, quid de his sentiat, qui comoedias fecerunt et quem ex omnibus praestare ceteris putet ac deinceps, quo quemque in loco et honore ponat, his versibus suis demonstrat: Multos — Ennium. **7** servet *codd., corr. edd. vett.* servet pretium, tertiust *Ritschl.* **10** *cf. Suet. vita Ter. 7 (p. 8 W.)* Volcacius . . . non solum Naevio et Plauto et Caecilio, sed Licinio quoque et Atilio postponit. *Leo p. 434—436.*

Sed ut Afer populo sex dedit comoedias, 2 (3 Fun.)
iter hinc in Asiam fecit ⟨et⟩ navem ut semel
conscendit, visus nusquam est: sic vita vacat.

Suet. vita Ter. p. 7, 13 de morte eius Volcacius sic tradit: Sed — vac. **2** *suppl. Leo.* ut navem *Bue.*, ⟨in⟩ n. u. s. *Schoell.*

Hae quae vocantur fabulae ⟨Terenti opus⟩, 3 (4 Fun.)
cuiae sunt? non has iura qui populis [retentibus] dabat
honore summo affectus fecit fabulas?

Ib. p. 9 Scipionis fabulas edidisse Terentium † Vallegius in actione (natione TFV, enumeratione *Leo coll. ib. p. 5, 5* Volcacius in dinumeratione omnium) ait: Hae — fab. **1** *suppl. et* **2** *del. Bue.* qui iura *codd., transpos. Ritschl.* **3** summo honore *codd., quod alii aliter emendare conati sunt.* Volcacius *apud Suet. coni. Bue.*

Sumetur Hecyra sexta exilis fabula. 4 (2 Fun.)

Ib. p. 5 et hanc (Andriam) . . . et quinque reliquas aequaliter populo probavit, quamvis Volcacius de ⟨Hecyra in e⟩ numeratione omnium ita scribat: Sum . . . fab. exilis *Bergk:* ex his. *Aliter Leo p. 433, 3, qui Suetoni verba suppl.*, ex his *tuetur.*

CN. MATIUS

I ILIAS

Liber I

1 Corpora Graiorum maerebat mandier igni.

Varro ling. 7, 95 apud Matium: corp. — igni. maerebat *Mue.*: maerebar. *Hanc certam emendationem a Goetzio et Schoellio non commemorari miror. Cf. Il.* A *56 κήδετο γὰϱ Δαναῶν, ὅτι ϱα ϑνήσκοντας ὁϱᾶτο.*

---

2 Obsceni interpres funestique ominis auctor.

Ib. apud Matium: Obsc. — auct. *Cf. A 106 μάντι κακῶν, οὔ πώ ποτέ μοι τὸ κϱήγυον εἶπας. Mira nominum confusio apud Goetzium et Schoellium p. 276 ad h. l.*

Liber VII

3 Dum dat vincendi praepes Victoria palmam.

Gell. 7, 6, 5 quid praepetes essent . . . Cn. Matium, doctum virum, ignorasse, qui in septimo (*sic Carrio*: secundo) Iliadis volucrem praepetem appellavit in hoc versu. Dum — palmam. *Cf. H 291 ὕστεϱον αὖτε μαχησόμεϑ', εἰς ὅ κε δαίμων ἄμμε διακϱίνῃ, δώῃ δ' ἑτέϱοισί γε νίκην* (= *396 sqq.*).

Liber XII

4 celerissimus advolat Hector

Prisc. I 334 H. celerissimus pro celerrimus superlativum protulerunt. Gn. Matius (matilius *fere codd.*) in Iliade: cel. — Hect. *Cf. M 462 ὁ δ' ἄϱ' ἔσϑοϱε φαίδιμος Ἕκτωϱ.*

Liber XV

5 *Char. 150 B* (*117 K*) acrum pro acrem Cn. Matius Iliados, ut Vindex A litterae libro I notat. *Cf. ex. gr. O 433 et 482 ὀξέι χαλκῷ.*

Liber XX

Ille hietans herbam moribundo contigit ore. 6

Diom. I 345 K. hietare veteres . . . Gn. Matius vicensimo Iliados: Ille — ore. mor. tenit (tenet B) ore *codd., corr. Leo Hermes 49, 190, 1.* conterit *Bhr. Cf. Y 381—418.*

Liber XXI

Altera pars acii vitassent fluminis undas 7

Gell. 9, 14, 14 (*de vocum in* — es *genetivo in* — i *agens*): Cn. Matius in Iliadis XXI.: Alt. — und. *Cf. Φ 3 sqq. τοὺς μὲν πεδίονδε δίωκεν . . . ἡμίσεες δὲ ἐς ποταμὸν εἰλεῦντο.*

Liber XXIII

An maneat specii simulacrum in morte silentum? 8

Ib. post fr. 7: Idem Matius in XXIII (XIII *codd., corr. Scal.*) 'an — sil.' *Cf. Ψ 103 ὢ πόποι, ἦ ῥά τις ἔστι καὶ εἰν 'Αίδαο δόμοισι ψυχὴ καὶ εἴδωλον;* in nocte *coni. Bhr.*

II Mimiambi

Iamiam albicascit Phoebus et recentatur 9
commune lumen hominibus voluptatis.

Ib. 15, 25 Cn. Matius, vir eruditus, in mimiambis suis non absurde neque absone finxit recentatur pro eo quod Graeci dicunt *ἀνανεοῦται*, id est denuo nascitur atque iterum fit recens. Versus . . . hi sunt: Iamiam — vol. *Non. p. 167, 14 M* (*246 L*), *ubi verba* Phoebus *et* voluptatis *exciderunt.* 1 alb. *ἅπ. εἰρ.* 2 hom. et vol. *codd. Gell. Hominem Epicureum haec dicere monet Leo l. c. p. 190.*

Quapropter edulcare convenit vitam 10
curasque acerbas sensibus gubernare.

Ib. idem Matius in isdem Mimiambis edulcare dicit, quod est dulcius reddere, in his versibus: Quapr. — gub. *Non. p. 126, 24 M* (*152 L*), *ubi* gubernasse *codd. Loquitur idem atque in fr. 9.*

---

11 Nuper die quarto, ut recordor, et certe,
aquarium urceum unicum domi fregit.

Ib. 10, 24, 10 die quarto . . . Cn. Matius, homo impense doctus, in Mimiambis pro eo dicit, quod 'nudius quartus' nos dicimus, in his versibus: Nuper — fregit. *Macr. 1, 4, 24.* certe *sc.* recordor *Leo, qui Hipponactis fr. 16 D (38 B.) οὐ γὰρ ἦν αὐτῇ κύλιξ, ὁ παῖς γὰρ ἐμπεσὼν κατήραξε comparat.*

12 sinuque amicam refice frigidam caldo
columbulatim labra conserens labris.

Ib. 20, 9, 2 figmentis verborum novis Cn. Matii . . . qualia . . . scripta in Mimiambis . . .: sin. — labr. 1 refice *Scal.:* reficere. 2 col. *ἅπ. εἰρ. Et hoc et insequens frgm. Epicureum vivendi morem sapiunt.*

13 Iam tonsiles tapetes ebrii fuco,
quos concha purpura imbuens venenavit.

Ib. post fr. 12: id quoque iucunde lepideque fictum: Iam. — ven.

14 In milibus tot [ficorum] non videbitis grossum.

Macr. 3, 20, 5 grossi appellantur fici, quae non maturescunt . . . Matius: In — grossum. ficorum *del. Bothe, in antecedentis versus fine collocavit Santenius.*

15 Sumas a + basilio lacte diffluos grossos.

Ib. et paulo post ait: Sum. — grossos. a basilio *Parisinus*, ab alio *cett. an* S. si ab alio l. d. g.? diffl. *ἅπ. εἰρ.*

16 Meos hortulos plus stercoro, ⟨ut scias⟩, quam holero.

Prisc. I 274 H. holus holeris holero holeras Gn. Matius (*in nomine varie peccant codd.*): meos — hol. *Ex. gr. suppl. Leo l. c. Ultima arsis soluta.*

pressusque labris unus acinus arebat. 17

Non. p. 193, 16 M (*248 L*) Acinus masc. . . et alii obscurae auctoritatis: press. — ar. et alius *coni. Quicherat*, Mattius *L. Mue. Huic poetae etiam tradita lectione servata attribui potest versiculus.*

NINNI CRASSI ILIAS

Liber XVI.

⟨o⟩ socii, nunc este viri 1 (3)

Ib. p. 475, 13 M (*762 L*) Crassus lib. XVI Iliados: soc. — viri. *Suppl. Iunius* (⟨nunc⟩ *Scal.*) *Cf. Π 270 ἀνέρες ἔστε, φίλοι . . .*

Liber XXIV

Nam non conivi oculos ego deinde sopore. 2 (4)

Prisc. I 478 H. coniveo . . . praeteritum tam in vi quam xi habuit. Ninnius Crassus in XXIII Iliados: nam — sop. *Cf. Ω 637 οὐ γάρ πω μύσαν ὄσσε ὑπὸ βλεφάροισιν ἐμοῖσιν.*

NAEVII CYPRIA ILIAS

Liber I

Collum marmoreum torques gemmata coronat. 1 (Ninn. Crass. 1)

Char. 184 B (*145 K*) haec torques . . . itaque dixisse veteres Caper his exemplis docet: Naevius (nevius *Neap.*) Cypriae Iliadis libro I: Coll. — cor. Ninnius *cum Scriverio scripsit Barwick*, Laevius *pessime cum Schottio Keil. Ab Iliade, quam transtulisse Ninnium constat, alienus hic versus. Cf. Leo l. c. p. 190, 2. Agitur de Venere pulchre ornata ad subeundum Paridis iudicium. Cf. Cypriorum fr. 4 Bethe ad eandem rem pertinens. Omiserunt et hunc et proximum versum qui fragmenta cyclica collegerunt. V. quae exposui in Bethe, Homer III p. 191.*

Liber II

penetrat penitus thalamoque potitur. 2 (ib. 2)

Prisc. I 502 H. (de forma potitur) Naevius in Iliadis secundo: pen. — pot. *Cum Il. Γ 447 frustra comparaverunt haec verba*, Nin-

nius *cum Scriverio corrigentes. Aliter Tolkiehn, Homer u. d. roem. Poesie p. 88, 1, qui de somnio Agamemnoni apparente cogitat: B 18 sqq.* βῆ δ' ἄϱ ἐπ' Ἀτϱείδην Ἀγαμέμνονα, τὸν δ' ἐκίχανεν εὕδοντ' ἐν κλισίῃ ... στῆ δ' ἄϱ' ὑπὲϱ κεφαλῆς *coll. Il. Lat. 121* devolat in thalamos Agamemnonis. *Ne huic quidem coniecturae adstipulari possum. Agi credo de Paridis adulterio cum Helena commisso, ad Cypriam Iliadem hoc Frgm. referens.*

MANILIUS

Epigramma

1 Cascum duxisse cascam non mirabile est,
quoniam cariosas conficiebat nuptias

Varro ling. 7, 28 cascum vetus esse significat . . . Manilius quod ait: Casc. — nupt. **2** cariosas *Lachmann:* carioras. *Sequitur Papini epigrammation, v. supra p. 42.*

---

2 ## Ex incerti nominis libro

est Coe⟨o⟩ creata Titano

Ib. § 16 ea (*Lato*), ut scribit Manilius, 'est — Tit.' coecreata *cod., corr. Mue. Fuitne iambus claudus velut:* ⟨Latona quae⟩ e. C. c., T.? *Quamquam in fr. 3 rectum iambum habes.*

---

3 Latona pari⟨e⟩t casta complexu Iovis
† Delia deos geminos

Ib. post fr. 2 ut idem scribit: Lat. — gem., id est Apollinem et Dianam † dii quod Titanis Deliadae eadem. **1** *add. Neue; an* ⟨pe⟩perit? **2** Delia dōs *Flor.*, Deli deos *vulgo* Deliadas *Lachmann. Verba* dii — eadem *varie sanare conati sunt viri docti.*

Fragmentum dubium

4 *Ib. 5, 32* Europa ab Europa Agenoris, quam ex Phoenice
(1 Fun.) Manilius (*sic Bentinus:* Manlius) scribit taurum exportasse, quo-

rum egregiam imaginem ex aere Pythagoras Tarenti. *Fort. ex eiusdem Manili libro quodam prosaico. Alia fragmenta incerta v. Funaioli p. 85.*

SUEIUS

I IDYLLIA

A. Moretum

Admiscet † vaca basilicis haec nunc partim 1
partim Persica (quod nomen fit denique) fertur
propterea, quod qui quondam cum rege potenti,
nomine Alexandro magno, fera proelia bello
in Persas tetulere, suo post inde reventu
hoc genus arboris in praelatis finibus Grais
disseruere, novos fructus mortalibus dantes.
Mollusca haec nux est, nequis forte inscius erret.

Macr. 3, 18, 11 de nuce mollusca: huius rei idoneus adsertor est Sueius (suei' *Par.*, suetius *Bamb.*), vir longe doctissimus, in idyllio quod inscribitur Moretum. Nam cum loquitur de hortulano faciente moretum, inter cetera quae eo mittit, et hoc pomum mitti ait his verbis: Adm. — erret. **1** Adm. bacas <nucis>; haec nunc <regia> partim *feliciter Bhr.* basilicis, *cui voci in versu heroico locus non est, glossema videtur, cui genuinum* regia *cessit, cf. ap. Macr. paulo supra* § *7* basilicae iuglandes *et Plin. nat. 15, 87* optimum . . . genus earum Persicum atque basilicon vocant. *Ad* bacas nucis *cf. Nux 22.* Admiscet bacam: βασιλέως haec nomine partim *tempt. Bue. Rh. Mus. 37, 1882, 342.* *2* fit *Bue.:* sit *vel* sic *codd.*

B. Pulli

Sic incedunt et labellis morsicatim lusitant. 2

Non. p. 139, 27 M (203 L) Morsicatim. Sueius (*sic L. Mue.*, suis *codd.*) Pullis: Sic — lus. et in lab. *codd., purg. Bothe.*

---

ubi tu nequaquam cubares aspriter ◡ – ◡ ⏓ 3

Ib. p. 513, 20 M (826 L) Aspriter. Sueius (*sic L. Mue.*, veius *codd.*) Pullis: ubi — aspr. *Loquitur fort. de pulvinis, qui volatilium pennis referciuntur. Suppl. ex. gr.* <nec duriter>.

---

4 † Escam hic iure inops pullo da asscit illae simul
assulatim vis aias sumit cibum.

Ib. p. 72, 24 M (101 L) Assulatim ut minutatim . . . Sueius (*sic L. Mue.*, vaeius *codd.*) Pullis: Esc. — cib. *Verba desperata.* Escam hic iure in os (*sic pro* inops *bene Mercerus*) pullo datas (*a verbo* datare) scitule, simul ass. in viscera assumit cibum *Lindsay*; tute *pro* iure *Leo, qui etiam* simul assul. dissicas: sumit cibum *proposuit. Porro* e iure *Mercerus.* <in>vita ales *pro* vis aias *temptaverim. Anseres saltem vesci coguntur ut pinguescant.*

C. Incertae sedis

5 (6) – ∪ – ∪ – frende ec frunde et fritinni suaviter.

Varro ling. 7, 104 multa ab animalium vocibus tralata in homines . . . † sueta 'frendice frunde e. fr. s.' Suei a *restituit L. Mue., nam antecedunt genetivi velut* Porcii Ennii. *Supplendum porro bestiae nomen et quidem* <merula> *iudicibus Goetzio et Schoellio p. 277, qui ex. gr. sic supplent versum:* <merula ut solita est, ita> frende ec frunde (= e fronde) et fr. suav. *Suei Pullis attribuunt idem: praeceptum dari videtur ei qui pullos allicere conatur. Malim:* <merula u. s. e.> ec frunde <ita> frende e. f. s. fritinni *Mue.*: frutinni.

---

6 (7) † ita tradedeq. inreneq. in iudicium Aesopi nec the-
atri trittiles

Ib. † sues avoluerat: ita — tritt. Suei a *Bhr. restituto nomine 'quod solum litteris accomodatum est' G. — Sch., quorum haec quoque verba hic ponere placet: ipsa . . . verba quoad intellegi possunt etsi paucissimis quae novimus de Suei poematis non conveniunt, tamen facile carmini eius aliunde ignoto tribui possunt.' An* Suei a volneratis *pro* sues av. ita? *Nam bestias ubi volnus acceperunt peculiarem gemitum edere concedetur. Bestiae tum nomen fort. in litteris* a tradedeq. *latet incipitque versus troch. inde ab* † inreneq. *Cf. etiam Ribb. C. R. F.*^{3} *p. 95.*

II. E CARMINE EPICO

Liber V

7 (8) — redeunt referunt rumore petita secundo.

Macr. 6, 1, 37 (cit. Verg. Aen. 8, 90) Sueius (*sic Neap. teste*

Bhr., suevius *Paris.*) in libro quinto: red. — sec. rum. pet. *L. Mue.*: pet. rum.

_ ∪ ∪ _ ∪ ∪̄ _ volucrumque volatile telum. 8

Ib. 6, 5, 15 Sueius in libro quinto ait: vol. — tel. *De avibus Stymphaliis eum loqui conicias.*

LAEVIUS

EROTOPAEGNIA

Liber II

Numquod meum admissum nocens 1
hostit voluntatem tuam?

Non. p. 121, 17 M (175 L) Hostire offendere laedere (cedere *codd., corr. Hildebrand*) Laevius (pacuvius *codd., corr. Mercerus*) Erotopaegnion lib. II: Numq. — tuam. numquod *Bhr.*: hunc quod (nunc quod *Anonymus ap. Bentinum*). *V. Leo l. c. p. 182, 2 et 187, 7, qui Tib. 1, 2, 79* Num Veneris magnae violavi numina verbo? *et Plaut. Cas. 617* Quid ego umquam erga Venerem inique fecerim? *comparat.* Admissum *vi substantivi usurpatum hic primum occurrit.*

Liber III

nocte dieque 2
decretum et auctum

Prisc. I 484 H. a decresco quoque decretum Laevius protulit in III Erotopaegnion: nocte — auct. *Verba fort. ex epodo sumpta, v. Leo p. 181, 2.*

Liber IV

meminens Varro corde volutat. 3

Ib. 560 memini meminens. Laevius Erotopaegnion IIII: mem. — vol. *Dim. anap. Intellege Varronem Reatinum, cf. Norden N. Jbb. 1925 p. 39, 2.* vario *coniecerat Bhr.*

Liber V

4 Te Andromacha per ludum manu
lascivola ac tenellula
capiti meo, trepidans libens,
insolita plexit munera.

Ib. 536 plecto plexi antique. Laevius in V Erotopaegnion: Te — mun. *Cf. Leo p. 186 qui Havetium secutus Hectorem docet coronam alloqui, quam ei plexit Andromacha.*

Liber VI

5 lasciviterque ludunt

Char. 265 B (204 K) Lasciviter Laevius *'Ερωτοπαιγνίων* VI: lasc. lud. *Post fr. 14 collocavit Havet. Quod si verum est, sexto libro inerat Protesilaudamia.*

Adonis

6 humum umidum pedibus fodit

Prisc. I 269 H. humus humi: hoc etiam neutrum in — um desinens invenitur apud veteres . . . servavit Laevius in Adone: hum. — fod. *Intellege aprum qui Adonem necavit, v. Gudeman Thes. VI 992, 79 sqq.*

Alcestis

7 subductisupercilicarptores

Gell. 19, 7, 2 cum . . . audissemus legi Laevi Alcestin . . . (§ *16*) quae multiplica ludens composuit, quale illud est quod vituperones suos *subd.* appellavit. Vituperones *vocem raram a Laevio usurpatam esse ratus est Bhr., qui sept. troch. restituit:* – ⏑ – ⏑ vituperones subducti supercili | carptores. *Dim. anap. cum Weichertio statuere mavult Leo unum vocabulum efficiens (tria codd.). Reprehensores suos initio carminis impugnavit poeta.*

---

corpore pectoreque undique obeso ac 8
mente exsensa tardigenuclo
senio oppressum

Ib. § *3* erant autem verba quae tunc suppetebant huiuscemodi: corp. — oppr. *Non. p. 361, 15 M* (*573 L*). **2** extensa *Gell.* δ, merito exeso *codd. Non.*, '*fort.* mento extenso' *Linds.*, mente exesa *Leo.* tardi gemulo *codd. Gell.*, tardi ingenio (ingenulo *L*) *codd. Non.*, *corr. L. Mue.* **3** senis (*om.* oppr.) *Non. Describitur Pheres Admeti pater.*

Ib. 4 Item notavimus, quod *oblitteram gentem* pro oblitterata 9
dixit; item quod hostis qui foedera frangerent *foedifragos*, non foederifragos dixit; item quod rubentem auroram *pudoricolorem* appellavit et Memnonem *nocticolorem*. item quod 'forte' *dubitanter* et ab eo quod est sileo *silenta* loca dixit et *pulverulenta* et *pestilenta* et quod *carendum tui est* pro te quodque magno *impete* pro impetu; item quod *fortescere* posuit pro fortem fieri quodque *dolentiam* pro dolore et *avens* pro libens; item *curis intolerantibus* pro intolerandis quodque *manciolis* inquit *tenellis* pro manibus et *quis tam siliceo*? Item *fiere*, inquit, *inpendio infit*, id est fieri inpense incipit; quodque *accipitret* posuit pro laceret . . . cetera enim, quae videbantur nimium poetica, ex prosae orationis usu alieniora praetermisimus; velut fuit quod de Nestore ait *trisaeclisenex* et dulciorelocus iste, quod de tumidis magnisque fluctibus inquit *multigrumis* et flumina gelu concreta *tegimine* esse *onychino* dixit . . . *Cf. ad* manciolis tenellis *Cichorius Rh. Mus. 73, 124.*

Centauri

ubi ego saepe petris 10

Fest. p. 206 M (*226 L*) Petrarum genera sunt duo, quorum alterum naturale saxum . . . Laevius in Centauris: ubi — petris. echo *pro* ego *Scal.*; *hexametros discripsit Bhr.:* u. echo | s. p., *anapaestos dubitanter Leo. Scaligeri emendatio quamvis speciosa mihi tamen non certa videtur.*

Helena

11 – ∪ ∪ tu qui permensus ponti maria alta
velivola

Macr. 6, 5, 10 Laevius (*sic Ribbeck:* livius) in Helena: tu — vel. *Versum ante neotericorum q. d. aevum conscriptum esse ars metrica indicat, v. Leo p. 181, 2. Paridem alloquitur Helena.*

Ino

12 ⟨Se⟩seque in alta maria praecipem misit
inops ⟨et⟩ aegra sanitatis herois.

Prisc. I 281 H. vetustissimi etiam praecipis genetivum . . . Laevius in Inoe (in *om.* R): ses. — her. *1 suppl. Scal. 2 sic Scal.:* impos aegra. ‹animi› impos, ae. *Bhr.*

Protesilaudamia

13 – ∪ – ∪ fac papyrin⟨a⟩ haec terga habeant stigmata

Schol. Verg. Veron. Aen. 4, 146 (p. 430 H.) 'pictos' stigmosos ut 'pictosque Gelonos' (*georg. 2, 115*). In Protesilaodamia: fac. — stigm. *Suppl. Leo qui* haec *cum* stigm. *coniungendum esse monuit.*

---

14 tunc irrunt, cachinnos
ioca dicta risitantes.

Non. p. 209, 24 M (309 L) Iocus . . . neutro Laevius Protesilaodamia: tunc — ris. tunc *Leo*: eunt *vel* iunt. 2 riisitantis *codd. Cf. ad fr. 5.*

---

15 complexa somno corpora
† operiuntur ac suavi quie
dicantur

Prisc. I 242 H. vetustissimi . . . hoc quoque (quies) secundum supra dictam (quintam) proferebant declinationem . . . Laevius in Protesilaodamia: compl. — dic. 2 sqq. adoperiuntur ac quie suavi dic. *Osann.*

Gell. 12, 10, 5 Laevius, ut opinor, in Protesilaodamia *claustritumum* dixit qui claustris ianuae praeesset, eadem scilicet figura, qua aeditumum dici videbat, qui aedibus praeest. *claustr. ἅπ. εἰρ. mansit.* 16

---

gracilenticolorem 17
dum ex hoc gracilans fit.

Non. p. 116, 8 M (166 L) Laevius Protesilaodamia: grac. — fit. *Duo fragmenta efficere voluit Vossius* idem *pro* dum *scribens. Versus Reizianos statuit Leo, qui ad* 1 *vocabula* pudoricolorem *et* nocticolorem (*fr. 9*) *confert. Sententiae conexus obscurus.*

---

aut 18
nunc quaepiam alia te puella
Asiatico ornatu affluens
aut Sardiano aut Lydio
fulgens decore et gratia
pellicuit

Prisc. I 496 pellicui . . . pro pellexi veteres . . . Laevius in Laudamia: aut — pell. 2 puella *Leo:* illo (de Ilio *Scal.*). 4 Sard. *et* Lyd. *cum* dec. *et* grat. *coniungit Leo. Laodamia coniugis perfidiam metuit.*

---

cupidius miserulo obito 19

Ib. 484 obeo obitus ὁ τεθνεώς . . . Laevius in Protesilao: cup. — ob. *De numeris non constat.*

Sirenocirca

Nunc Laertie belle para 20
ire Ithacam

Ib. 302 (*de vocativo* — ie *vocum in* — ius *terminantium*) Laevius in Sirenocirca: Nunc — Ith. *Tetrametri dact. catal.*

---

21 delphino cinctis vehiculis hippocampisque asperis

Non. p. 120, 13 M (173 L). Hippocampi equi marini . . . Laevius Sirenocirce: delph. — asp. *De metro* (delphīno) *cf. Leo p. 180, 1* iunctis *Scal.*

Phoenix

22 Venus ⟨o⟩ amoris altrix,
genetrix cupiditatis,
mihi quae diem serenum
hilarula praepandere cresti,
opseculae tuae ac ministrae
. . . .
etsi ne utiquam, quíd foret expávida gravis
dúra fera aspéraque famultás, potui dóminio
accípere superbó ⟨tuo⟩ . . .

Char. 375 B (288 K) et solent esse summi pterygiorum senum denum, sequentes quinum denum, quales sunt in pterygio Phoenicis Laevii novissimae odes Erotopaegnion: 'Venus — min', tum 'etsi — superbo'. **1** o *ante* Venus *suppl. Leo p. 184, post deae nomen ego.* 1—5 *Ionici a min. (Anacreontei) cum synaloepha post 3 et 4. Sequuntur post lacunam Ionici a mai. novem (1—9).* **2** foret *omnino* = esset. **7** dominio acc. *systola Enniana (Leo).* **8** tuo *supplevi; syll. anc. in fine periodi. De huius hymni sensu v. Leo l. c. Quae famula Venerem alloquatur ignoramus, nam Bue. (Fleck. Jahrbb. 1875, 306) de ave Phoenice cogitans viris doctis non persuasit. Decrescebant periodi pennarum instar in ala avis, ita ut decima monometros esset, cum sit prima decem, secunda novem metrorum. Cf. Simiae Rhodii Alas. Titulum* Pterygion Phoenicis *fuisse (sic Leo) nego, quoniam Charisium tam neglegenter locutum esse* (in pterygio Phoenicis Laevii novissimae odes) *non verisimile est.*

Incertae sedis fragmenta

23 Lex Licinia introducitur,
lux liquid⟨ul⟩a haedo redditur.

Gell. 2, 24, 8 huius legis (Liciniae) Laevius poeta meminit in Erotopaegniis. Verba Laevii haec sunt, quibus significat haedum

qui ad epulas fuerat adlatus dimissum cenamque ita, ut lex Licinia sanxisset, pomis oleribusque instructam: lex Lic., inquit, intr. — redd. 2 *Deminutivum effecit Leo, in* līquida *acquieverunt L. Mue. et Bhr. coll. prosodia Lucretiana* (*4, 1259*) liquida crassis. *Sed lepidus sonorum ludus* (Licinia — liquidula) *praeplacet.* '*Quo anno lex Licinia fuerit lata non constat . . . videtur lata esse annos inter 129 et 105*' *Marx ad Lucil. 193* (*II p. 82*). *Deest haec lex apud P.-W. XII 2394 sqq. inter leges Licinianas.*

---

nocte ut opertus amictu 24
latibulet v⟨i⟩r

Non. p. 133, 6 M (*193 L*) Latibulet et latibuletur pro lateat. Laevius Erotopaegnio: nocte — latibuletur. 2 latibulet *ed. Bas., quoniam usūs deponentialis exemplum infra sequitur.* vir *temptavi. Compositio epodica ut vid.* nocte *gen., v. locutionis* noctis amictu *exempla Thes. l. L. I 1901, 22.*

---

scabra in legendo reduviosave offendens 25

Fest. p. 270 M (*334 L*) et Laevius (Livi *corr. Scal.*): scabra — off. '*Ex prooemio quodam*' *Bhr. Metrum idem atque in fr. 12.*

Venerem igitur almum adorans 26
sive femina sive mas est,
ita ut alma Noctiluca est . . .

Macr. 3, 8, 3 (*de Venere*) putant eandem marem ac feminam esse . . . Laevius (Laevinus *codd.*) etiam sic ait: Ven. — est. Noct. = Luna.

Philtra omnia undique eruunt: 27
antipathes illud quaeritur,
trochiscili, ungues, taeniae,
radiculae, herbae, surculi,
saurae, inlices bicodulae,
hinnientium dulcedines

Apul. apol. 30 (*p. 36, 1 H.*) unum etiam poetam Latinum attingam, versus ipsos, quos agnoscent qui Laevium (*sic Lipsius:*

leliũ) legere: Philtra — dulc. 1 irruunt *Salm.*, adruunt *Bhr.* 2 *ante* 1 *transpos. Salm.* 3 trochus pili *idem*, trochi scyphi *Bhr.* unges F, *em.* φ, iynges *Scal. Leo.* 5 bic. *ἅπ. εἰϱ.* 6 *sic Casaubonus:* hinnientũ. Hinn. dulc. = hippomanes, *cf. interpretes ad Verg. Aen. 4, 516. Potio amatoria paratur.*

---

28 mea Vatiena, amabo

Ps. Bass. 261 K. anacreonteon . . . metron . . . quale est apud Laevium (lepidum *codd., sed cf. p. 262, 17* ex Laeviano metro): mea — am. *Quae p. 262, 18 adduntur* mea cura mea Venus *a grammatico ficta sunt. Exordium poematii quale Catull. 32* amabo mea dulcis Ipsitilla (*Leo*).

---

29 *Fronto p. 13 N* Praestigiae nullae tam versutae, nulla, ut ait L<a>evius, decipula tam insidiosa. Dec. *neutr. plur. ut vid., ita ut numerus idem sit atque in praestigiae. Adaptavit enuntiato suo poetae verba Fronto* (*Leo*).

---

30 (31) omnes sunt denis syllabis versi

Prisc. I 528 H. versi . . . pro versus . . . Laevius in polymetris *Cf. Leo p. 185, qui haec verba initio carminis cuiusdam attribuit, quo varia carminum genera continebantur omnia e decem syllabarum versibus configurata.*

---

31 (32) *Suet. gramm. 3* Pretia vero grammaticorum tanta mercedesque tam magnae, ut constet Lutatium Daphnidem, quem L<a>evius Melissus per cavillationem nominis *Πανὸς ἀγάπημα* dicit, septingentis milibus nummum a Q. Catulo emptum ac brevi manumissum. *Hunc Laevium Melissum eundem fuisse atque poetam suspicatus est Bue. Rh. M. 41, 11. V. Leo p. 180, 1. Cf. Addenda.*

Fragmenta dubia

32 (p.327, 2) Hac qua Sol vagus igneas habenas
immittit propius iugatque terrae.

Macr. 1, 18, 15 Liber a Romanis appellatur, quod liber et vagus est, ut ait Laevius (nevius *codd., coniecturam* Laevius *non adeo certam protulerunt multi*): Hac — terrae.

Serv. Verg. ecl. 4, 19 (p. 47 Th.) antiqui lyrici dixerunt 33(—) *flexipedes hederas*, quod hac atque illac vagantur. *Vulgo locus Ov. met. 10, 99* flexipedes hederae *a Servio spectari creditur. Cui coniecturae suo iure obloquitur Norden N Jahrbb. 1925 p. 320; nam verbis* 'antiqui lyrici' *Naso designari non poterat. Immo Laevium intellegendum esse eiusdem coniectura est p. 38 prolata. Quamquam fort. lacuna post* dixerunt *statuenda:* dix. <. . . . Ovidius autem> flex. hed.

Sevius Nicanor

Sevius Nicanor Marci libertus negabit.
Sevius † post huius idem ac Marcus docebit.

Suet. gramm. 5 Sevius Nicanor . . . fecit . . . saturam quoque, in qua libertinum se ac duplici cognomine esse per haec indicat: Sev. — doc. 2 Postumus *coni. Bergk.* idem at V, isdem at *Gud.*,
ac
is demae *Neap.*, idem ac *rell.* idem ABC *Bergk*; *malim:* Sev. post huius <mortem *vel* obitum> idem ac M. doc.

Carmina Marciana et similia.

Amnem, Troiugena, [Romane] – – ⏕ – fuge Cannam, 1
ne te alienigenae cogant [in] campo Diomedis
conseruisse manus ⏑ ⏑ – . Sed tu neque credes
⟨ante⟩ mihi donec compleris sanguine campum
multaque milia caesorum tua deferet amnis
in pontum magnum ex terra frugiferente;
piscibus atque avibus † ferisque quae incolunt terras
ut fuat esca caro tua. Nam sic est Iovis fatus.

Liv. 25, 12, 2 religio . . . ex carminibus Marcianis . . . priore carmine Cannensis praedicta clades in haec fere verba erat: Amnem — fatus est. *Versus heroicos a Livio leviter caligatos restituerunt viri docti. De tempore nihil constat nisi veteres versus pugnae Cannensis aequales nescio quando in hexametros conformatos esse.* 1 *glossema ad* Troiug. *del. G. Hermann.* <fatalem de-> fuge *Bhr.* 2 in *del. Ribb.*, ne te al. in campo cog. Diom. *Lamb.* 3 *corr. Lambinus:* conserere. <hostes> *Bhr.* sed neque cred. tu *Liv.*, *transpos. Lamb.* 5 caesorum *Bhr.:* occisa. tua *cum* milia *coniungendum (enallage).* 6 de *pro* ex *Bhr.*, *sed hiatus fort. tolerandus.*

frugifera *Liv.*, *corr. Lamb. coll. Lucr. 1, 3.* **7** *nondum in formam hexametri quae placere possit redactus.* **8** ut *Lamb.*: iis. nam mihi ita Iuppiter fatus est *Liv.*: *dedi sec. Bhr.*

---

2 Hostem, Romani, si ex agro expellere vultis,
quae vomica advenit longe, Phoebo voveatis
comiter ut fiant ludi redeuntibus annis
publicitus stipe conlata. Ludis faciundis
praesit qui summum populo plebeique dabit ius.
Mactetur bis quinque viris Graeco hostia ritu.
Hoc recte si faxitis, gaudebitis semper
vostraque res fiet melior: deus exiget ille
perduelles, placide vestris qui pascit in arvis.

Ib. § 8 Tum alterum carmen recitatum, non eo tantum obscurius, quia incertiora futura praeteritis sunt, sed perplexius etiam scripturae genere: Hostis *e. q. s. pedestri oratione, quam paulo audacius in hexametros coegerunt viri docti. Livium presse sequitur Macr. 1, 17, 28, cf. Diels, Sibyll. Blaetter p. 12, 1.* **1** Hostem *Macr.*, hostis *Liv.* ex agro *add. Macr.* **2** vomica (-am *Macr.*) quae gentium venit longe *Liv.*, gentibus quae vomica est longe *male Bhr. pergens* ludi vov. com. u. f. Ph., *quod transposui:* Apollini vovendos censeo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant *Liv.*, *unde* red. ann. *Bhr.* **4** *sic Bhr.:* cum populus dederit ex publico partem, privati uti conferant pro se atque suis *Liv. sic pergens:* iis ludis faciendis praeerit praetor is, qui ius populo plebeique dabit summum. Decemviri Graeco ritu hostiis sacra faciant. Hoc si recte facietis, gaudebitis semper fietque res vestra melior. nam is divus extinguet perduellis vestros, qui vestros campos pascit placide. *Haec ut supra leguntur transformavit Bhr., nisi quod* **7** hoc si faxitis recte *iam Scal.,* **8** *sic Ribb.*, **9** plac. — arv. *ego.*

---

3 (—) Sic si faxitis, Romani, res meliores
vestrae escunt, mage procedet res publica vobis
ex sententia, erit victoria vestra duelli.
Ast lucris meritis de praeda donum et honorem
mittite Pythio. A vobis lascivia abesto.

Liv. 23, 11, 1 Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romam rediit responsumque ex scripto recitavit. Divi divaeque in eo erant,

quibus quoque modo supplicaretur; tum: Si ita faxitis, Romani, vestrae res meliores facilioresque erunt, magisque ex sententia res publica vestra vobis procedet victoriaque duelli populi Romani erit. Pythio Apollini re publica vestra bene gesta servataque de lucris meritis donum mittitote deque praeda manubiis spoliisque honorem habetote, lasciviam a vobis prohibetote. *Dedi quae lusit Diels Sibyll. Bl. p. 12.*

GANNIUS

Liber I

Hic adoris dat primitias, ibi sanguine libat. 1

Prisc. I 237 H. huius quoque (*sc. vocis* ador) apud quosdam veterum genetivus modo producens modo corripiens paenultimam . . . ut Gannius in I: Hic — libat.

Liber II.

Illam sponte satos adoris stravisse maniplos. 2

Ib. post fr. 1: idem in II: Illam — man.

Liber III

Emicat in nubes nidoribus ardor adoris 3

Ib. post fr. 2: idem in III: Em. — ad.

EGNATIUS

De rerum natura liber I 1

Denique Mulciber ipse ferens altissima caeli
† contingunt

Macr. 6, 5, 2 (*de voce* Mulciber *agens*) Egnatius de rerum natura libro primo: Den. — cont. Mulc. et ipse *codd. praeter Par.* petens *et mox* continuo it *Bhr.*, furens . . . contingit *Bergk.*

---

2 Roscida noctivagis astris labentibus Phoebe
pulsa loco cessit concedens lucibus altis.

Ib. § 12 (*propter vocem* noctivagus) Egnatius de rerum natura libro primo: Rosc. — altis.

M. TULLIUS CICERO

I ALCYONES

1 – ◡ ◡ hunc genuit claris delapsus ab astris
praevius Aurorae, solis noctisque satelles.

Non. p. 65, 8 M (*90 L*) Praevius dictus est antecedens. Cicero Alcyonibus (alcion: *corr. Quicherat*; Alcyon *initio versus* 1 *collocavit Nobbe*): hunc — sat. 1 Lucifer *suppl. Onions.* hunc *sc. Ceycem, Phosphori et Philonidis filium, Alcyonae maritum, v. Roscher II 1, 1182.* claris *ed. princ.:* cladis L, claudis B^{A}. *Cf. Capitol. Gord. 3, 2* adulescens cum esset Gordianus, . . . poemata scripsit . . . et quidem cuncta illa quae Cicero, id est Marium et Aratum et Halcyonas et Uxorium et Nilum.

II LIMON

2 (16) Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
conversum expressumque Latina voce Menandrum
in medium nobis sedatis motibus effers,
quiddam come loquens atque omnia dulcia dicens.

Suet. vita Ter. 7 (*p. 9, 2 W.*) Cicero in Limone hactenus laudat: Tu — dicens. *Cf. Leo Hermes 49* [*1914*] *194.*

III THALIA MAESTA (?)

3 (21) Iam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes
† reliquit.

Serv. Verg. ecl. 1, 57 Palumbes columbae, quas vulgus tetas vocat; et non dicuntur latine, sed multorum auctoritas latinum facit: Cicero in elegia (*sic Fabricius:* egia L, aegia PH, egidia R, eia M) quae Thalia maesta (*sic Heinsius:* talia masta *trad*; Italia maesta *Urlichs, alia alii*) inscribitur: Iam — rel.

IV EPIGRAMMA

Fundum Vettus vocat, quem possit mittere funda: 4 (13)
ni tamen exciderit, qua cava funda patet.

Quint. inst. 8, 6, 73 genera minuendi . . . et quod Cicero<nis> est in quodam ioculari libello: Fund. — pat. 1 Vettus *Leo l. c. p. 194, 2*: Vetto.

V MARIUS

(*Cf. de carminibus historicis E. Koch, Ciceronis carmina historica restituta atque enarrata. Diss. Gryph. 1922.*) 5 (17)

Cic. leg. 1, 1, 1 Lucus quidem ille et haec Arpinatium quercus agnoscitur saepe a me lectus in Mario . . . dum latinae loquentur litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur.

Nuntia fulva Iovis, miranda visa figura 6 (18)

Ib. § 2 glandifera illa quercus, ex qua olim evolavit 'nunt. — fig.', nunc sit haec.

Hic Iovis altisoni subito pinnata satelles 7 (19)
arboris e trunco, serpentis saucia morsu,
subrigit ipsa feris transfigens unguibus anguem
semianimum et varia graviter cervice micantem.
Quem se intorquentem lanians rostroque cruentans
iam satiata animos, iam duros ulta dolores
abicit ecflantem et laceratum adfligit in unda
seque obitu a solis nitidos convertit ad ortus.
Hanc ubi praepetibus pinnis lapsuque volantem
conspexit Marius, divini numinis augur,
faustaque signa suae laudis reditusque notavit,
partibus intonuit caeli pater ipse sinistris.
Sic aquilae clarum firmavit Iuppiter omen.

Cic. div. 1, 47, 106 Quid est illo auspicio divinius, quod apud te in Mario est? ut uter potissimum auctore te: Hic — omen.

1 *testatur Schol. Verg. Veron. Aen. 5, 255 (p. 434 H.)* **3** subrigit *Lachmann coll. Val. Fl. 1, 157* validis fixam erigit unguibus agnam, subigit (subiit A) *codd.* **4** minantem *coni. Wakefield.* **7** undas *Lambinus.*

---

8 (20) Tunc se fluctigero tradit mandatque paroni

Isid. orig. 19, 1, 20 Paro navigium piratarum aptum et ex his ita vocatum. Cicero: Tunc — par. *Mario iure datur, cf. Plut. Mar. 35, 9; 37, 3; 40, 1.* fluct. *ἅπ. εἰρ., de virorum doctorum coniecturis v. Thes. l. L. s. v.*

---

9 (—) *Beda de orth. VII p. 292 K.* Torques nomen generis communis: nam [et in Mario] Livius genere masc. (*1, 10, 11*) et <in Mario> Cicero fem. torquem posuere. *Fragmentum indicavit et restituit A. Klotz Ph. W. 43 [1923] 35.*

VI DE CONSULATU MEO

Liber I

10 (2) *Serv. Verg. ecl. 8, 105* (corripuit tremulis altaria flammis sponte sua . . . cinis ipse): hoc uxori Ciceronis dicitur contigisse, cum post peractum sacrificium libare vellet in cinerem; quae flamma eodem anno consulem futurum ostendit eius maritum, sicut Cicero in suo testatur poemate. *Cf. Koch p. 16—18.*

Liber II

(cf. ad fr. 14 et 15.)

11 (3) Principio aetherio flammatus Iuppiter igni
vertitur et totum conlustrat lumine mundum
menteque divina caelum terrasque petessit,
quae penitus sensus hominum vitasque retentat
aetheris aeterni saepta atque inclusa cavernis.
Et, si stellarum motus cursusque vagantis
nosse velis, quae sint signorum in sede locatae,
quae verbo et falsis Graiorum vocibus errant,
re vera certo lapsu spatioque feruntur,

omnia iam cernes divina mente notata.
Nam primum astrorum volucris te consule motus
concursusque gravis stellarum ardore micanti[s]
tu quoque, cum tumulos Albano in monte nivalis
lustrasti et laeto mactasti lacte Latinas,
vidisti et claro tremulos ardore cometas,
multaque misceri nocturna strage putasti,
quod ferme dirum in tempus cecidere Latinae,
cum claram speciem concreto lumine luna
abdidit et subito stellanti nocte perempta est.
Quid vero Phoebi fax, tristis nuntia belli,
quae magnum ad columen flammato ardore volabat,
praecipitis caeli partis obitusque petessens?
Aut cum terribili perculsus fulmine civis
luce serenanti vitalia lumina liquit?
Aut cum se gravido tremefecit corpore tellus?
Iam vero variae nocturno tempore visae
terribiles formae bellum motusque monebant
multaque per terras vates oracla furenti
pectore fundebant tristis minitantia casus,
atque ea quae lapsu tandem cecidere vetusto,
haec fore perpetuis signis clarisque frequentans
ipse deum genitor caelo terrisque canebat.
Nunc ea Torquato quae quondam et consule Cotta
Lydius ediderat Tyrrhenae gentis haruspex
omnia fixa tuus glomerans determinat annus.
Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo
ipse suos quondam tumulos ac templa petivit
et Capitolinis iniecit sedibus ignis.
Tum species ex aere vetus venerataque Nattae
concidit elapsaeque vetusto numine leges
et divom simulacra peremit fulminis ardor.
Hic silvestris erat Romani nominis altrix,
Martia, quae parvos Mavortis semine natos
uberibus gravidis vitali rore rigabat;
quae tum cum pueris flammato fulminis ictu
concidit atque avolsa pedum vestigia liquit.

Tum quis non artis scripta ac monumenta volutans
voces tristificas chartis promebat Etruscis?
Omnes civilem generosa[m] stirpe profectam
volvier ingentem cladem pestemque monebant,
tum legum exitium constanti voce ferebant.
Templa deumque adeo flammis urbemque iubebant
eripere et stragem horribilem caedemque vereri;
atque haec fixa gravi fato ac fundata teneri,
ni prius excelsum ad columen formata decore
sancta Iovis species claros spectaret in ortus:
tum fore ut occultos populus sanctusque senatus
cernere conatus posset, si solis ad ortum
conversa inde patrum sedes populique videret.
Haec tardata diu species multumque morata
consule te tandem celsa est in sede locata,
atque una fixi ac signati temporis hora
Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna
et clades patriae flamma ferroque parata
vocibus Allobrogum patribus populoque patebat.
Rite igitur veteres, quorum monumenta tenetis,
qui populos urbisque modo ac virtute regebant,
rite etiam vestri, quorum pietasque fidesque
praestitit et longe vicit sapientia cunctos,
praecipue coluere vigenti numine divos.
Haec adeo penitus cura videre sagaci
otia qui studiis laeti tenuere decoris
inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo
fuderunt claras fecundi pectoris artis.
E quibus ereptum primo iam a flore iuventae
te patria in media virtutum mole locavit.
Tu tamen, anxiferas curas requiete relaxans,
quod patriae vacat, id studiis nobisque sacrasti.

Cic. div. 2, 11, 17 versus. , . . quos in secundo de consulatu Urania Musa pronuntiat: Princ. — sacr. **3** petessit *Christ:* petesset, petisset, petissit *codd.* **4** retentant *codd.* **10** rotata *coni. Bhr.* **12** micanti *Anon. Philol. Anz. 1887 p. 399:* micantis; *cf. Cic. Arat. 112* micans . . . ardor **16** cunctaque *Bhr.* **22** petessens.

Hottinger: petisset. **23** percussus B . **30** lapsus AH. **33** *L. Manlius Torquatus et L. Aurelius Cotta coss. a. 65.* **36—38** *repetuntur div. 2, 45; Lact. inst. 3, 17, 14.* **37** ipse suas arces atque inclyta templa petivit *Lact.* **39** venerataque *Guilelmus:* generataque. **40** vetusto V^2 vetust(a) e *cett.* **46** evulsa H. **47** *an* vates (*pro* artes)? *Bhr.* **49** generosam *codd., corr. multi.* **50** *post* **51** *codd. ponunt.* **50** vitare B^2: vir AV viri H vire B volvier *Bhr. e. v. 51 syllabam* vol *huc trahens.* **51** voltum legum *codd.* (vel legum v^2), tum legum *Bhr.* **52** urbisque ABV. **55** *sic Guilelmus:* nepos AV ne post BV^3 ni post H. **64** et *Hottinger:* at *vel* ad (ac *Marsus*). **70** ingenti H. **77** *sic Madvig:* relaxas. **78** vacat, id *idem:* vocatis (vacat his *iam Davisius*). *V. Koch p. 18—34.*

---

atque animo pendens † noctu eventa timebat. 12 (4)

Non. p. 204, 7 M (300 L) Eventus . . . neutro . . . M. Tullius . . . Consulatus sui lib. II: atque — tim. noctu <tu> ev. timebas *Linds.*, noctu<rna> *Iunius*, <quae> n. e. t. *L. Mue.*, noctus *Heikel. An* noc<i>tu<ra>?

Liber III

(cf. ad fr. 16 et 17.)

Interea cursus, quos prima a parte iuventae 13 (7)
quosque adeo consul virtute animoque petisti,
hos retine atque auge famam laudesque bonorum.

Cic. Att. II 3, 4 sed me † *καταχρεσις* mea illa commovet, quae est in libro tertio: 'Int. — bon.' Haec mihi cum in eo libro, in quo multa sunt scripta *ἀριστοκρατικῶς*, Calliope ipsa praescripserit e. q. s. *Koch p. 36—39.*

Ex incertis libris

quorum luxuries fortunas, censa peredit 14 (8)

Non. p. 202, 20 M (298 L) Census gen. masc. Neutro Cicero in Consulatu suo: quor. — per. fortunas *L. Mue.:* fortunata. peredit *Lipsius:* peperit. *Libro II attr. Koch p. 40.*

---

15 (9) nam quasi vos sibi dedecori genuere parentes

[*Probus*] *IV p. 248 K.* quasi constat pyrrichio, ut Tullius: nam — par. *Hic pos. Baiter, libro II dedit Koch p. 36* et *38.*

---

16 (10) Cedant arma togae, concedat laurea linguae

Cic. de off. I 22, 77 Illud autem optimum est, in quod invadi solere ab improbis et invidis audio: Ced. — lin. *Cf. porro in Pis. 72 sqq. Philipp. II 20* [*Sall.*] *in Cic. 6* [*Cic.*] *in Sall. 7 Laus Pis. 36 Plin. n. h. 7, 117 Quintil. XI 1, 24 Plut. comp. Demosth. et Cic. 2 Serv. Verg. Aen. 1, 1* linguae *testes plerique*, laudi *Cic. in Pis. 74, de off.* (*codd. mel.*) (*Philipp. non nisi* ced. — tog. *cit.*). '*Fort. offensionem in* linguae *ab inimicis motam ipse tacite corr. Tullius*' *Bhr. Libro III dedit Koch.*

---

17 (11) O fortunatam natam me consule Romam!

[*Sall.*] *in Cic. decl. § 5* Atque is cum eius modi sit, tamen audet dicere: o fort. — Rom. *Cf.* [*Cic.*] *in Sall. contr. § 7 Quintil. IX 4, 41*; *XI 1, 24 Iuven. 10, 122 Diomed. I p. 466 K. Libro III dedit Koch.*

---

18 (11a) in montes patrios et ad incunabula nostra

Cic. Att. 2, 15, 3 ego vero 'in — nostra' pergam. pergam *quoque loco a Cicerone laudato vindicarunt nonnulli sive carmini de consulatu sive Mario versiculum adsignantes. Sed ne origo quidem Tulliana constat.*

VII DE TEMPORIBUS MEIS[1]

19 (—) *Cic. epist. 1, 9, 23* (*scr. ex. m. Oct. a. 54*) Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis, quos iam pridem ad te misissem, si esse edendos putassem — sunt enim testes et erunt sempiterni meritorum erga me tuorum (*h. e. P. Lentuli*) meaeque pietatis —

---

[1] *Fragmenta quae artiore sensu nominantur huius operis non exstant, sed testimonia omittere nolui. V. Koch p. 47—55. De expeditione Britannica a Cic. descripta ib. p. 56 sqq., C. F. W. Mue. in ed. IV 3 p. 402.*

sed quia verebar non eos, qui se laesos arbitrarentur — etenim id feci parce et molliter — sed eos quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. *Cf. etiam ad Quintum fratrem II 14, 2 et 16, 5.*

Liber II

Cic. ad Q. fr. 3, 1, 24 (*Scr. haec pars epistulae m. Sept. a. 54*) **20 (5)**
Mirificum embolium cogito in secundum librum meorum temporum (*sic Mue.:* librorum) includere, dicentem Apollinem in concilio deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus esset, quorum alter (*sc. L. Piso*) exercitus perdidisset, alter (*A. Gabinius*) vendidisset.

Ib. 2, 8, 1 (*scr. m. Feb. 55*) Placiturum tibi esse librum II **21 (6)**
suspicabar; tam valde placuisse quam scribis valde gaudeo. Quod me admones de † non curantia (nostra Urania *coni. Malaspina coll. fr. 11. 'fort. est interpretatio vocis Graecae velut ἀπραγμοσύνη' Sjoegren*) suadesque ut meminerim Iovis orationem, quae est in extremo illo libro, ego vero memini et illa omnia mihi magis scripsi quam ceteris. *Cf. Quint. 11, 1, 24* in carminibus utinam pepercisset quae non desierunt carpere maligni . . . Iovem illum, a quo in concilium deorum advocatur et Minervam, quae artes eum edocuit: quae sibi ille secutus quaedam Graecorum exempla permiserat. [*Sall.*] *in Cic. 7* sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? Quem Minerva omnis artis edocuit, Iuppiter optimus maximus in concilium deorum admisit, Italia exulem humeris suis reportavit.

VIII EX GRAECIS CONVERSA

A Ilias

Ferte, viri, et duros animo tolerate labores, **22**
auguris ut nostri Calchantis fata queamus
scire, ratosne habeant an vanos pectoris orsus.
Namque omnes memori portentum mente retentant,
qui non funestis liquerunt lumina fatis.
Argolicis primum ut vestita est classibus Aulis,
quae Priamo cladem et Troiae pestemque ferebant,
nos circum latices gelidos fumantibus aris

aurigeris divom placantes numina tauris
sub platano umbrifera, fons unde emanat aquai,
vidimus inmani specie tortuque draconem
terribilem, Iovis ut pulsu penetraret ab ara;
qui platani in ramo foliorum tegmine saeptos
corripuit pullos; quos cum consumeret octo,
nona super tremulo genetrix clangore volabat,
cui ferus inmani laniavit viscera morsu.
Hunc ubi tam teneros volucris matremque peremit,
qui luci ediderat genitor Saturnius idem
abdidit et duro formavit tegmine saxi.
Nos autem timidi stantes mirabile monstrum
vidimus in mediis divom versarier aris.
Tum Calchas haec est fidenti voce locutus:
'Quidnam torpentes subito obstipuistis, Achivi?
Nobis haec portenta deum dedit ipse creator
tarda et sera nimis, sed fama ac laude perenni.
Nam quot avis taetro mactatas dente videtis,
tot nos ad Troiam belli exanclabimus annos.
quae decumo cadet et poena satiabit Achivos.'
Edidit haec Calchas; quae iam matura videtis.

Cic. div. 2, 30, 63 apud Homerum Calchantem dixisti ex passerum numero belli Troiani annos auguratum. de cuius coniectura sic apud Homerum, ut nos otiosi convertimus, loquitur Agamemnon (*immo Ulixes, cf. similes confusiones fr. 24 et 25*): Ferte — vid. *25* sera animis *codd. Homeri versus notissimos B 299—330 hic repetere inutile duxi, praesertim cum apud Tolkiehnium, Homer u. d. roem. Poesie p. 92—94 iuxta Ciceronis versionem impressa inveniantur.*

---

23 Qui miser in campis maerens errabat Aleis,
ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Cic. Tusc. 3, 26, 63 ut ait Homerus de Bellerophonte: Qui — vit. 1 Aleis *Beroaldus:* alienis. *Cf. Z 201. 2 ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.*

'Hic situs est vitae iam pridem lumina linquens 24
qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.'
Fabitur haec aliquis, mea semper gloria vivet.

Cic. de gloria 2 (*ap. Gell. 15, 6*) Apud eundem poetam Aiax cum Hectore congrediens depugnandi causa agit, ut sepeliatur, si sit forte victus, declaratque se velle, ut suum tumulum etiam post saeculis praetereuntes sic loquantur: Hic — viv. *Ad quae Gellius:* Huius autem sententiae versus, quos Cicero in linguam Latinam vertit, non Aiax apud Homerum dicit neque Aiax agit, ut sepeliatur, sed Hector dicit et Hector de sepultura agit, priusquam sciat an Aiax secum depugnandi causa congressurus sit. *Cf. H 89 sqq: ''Ανδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνηῶτος, ὅν ποτ' ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος Ἕκτωρ'. Ὥς ποτέ τις ἐρέει· τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.*

Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. 25

Cic. div. 2, 39, 82 Homericus Aiax (*immo Ulixes*) apud Achillem querens de ferocitate Troianorum nescio quid hoc modo nuntiat: Prosp. — ed. *Cf. I 236 Ζεὺς δέ σφι Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων ἀστράπτει.*

Tertia te Phthiae tempestas laeta locabit. 26

Ib. 1, 25, 52 de Platonis Critone p. 44a b referens: feminam, quae . . . diceret Homericum quendam eius modi versum: Tert. — loc. *Cf. I 363 ἤματί κε τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην. Ciceroni non ipsius Homeri textum, sed Platonis ἵκοιο scribentis obversatum esse monet Tolkiehn p. 90.*

Corque meum penitus turgescit tristibus iris, 27
cum decore atque omni me orbatum laude recordor.

Id. Tusc. 3, 9, 18 apud Homerum Achilles queritur hoc ut opinor modo: Corque — rec. *Cf. I 646 ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνων μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν 'Αργείοισιν ἔρεξεν 'Ατρείδης ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.*

---

28 Namque nimis multos atque omni luce cadentis
cernimus, ut nemo possit maerore vacare.
Quo magis est aequum tumulis mandare peremptos
firmo animo et luctum lacrimis finire diurnis.

Ib. *27, 65* apud Homerum cotidianae neces interitusque multorum sedationem maerendi adferunt, apud quem ita dicitur: Namque — diurn. *Cf. T 226 sqq.* *λίην γὰρ πολλοὶ καὶ ἐπήτριμοι ἤματα πάντα πίπτουσιν· πότε κέν τις ἀναπνεύσειε πόνοιο; ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθαπτέμεν ὅς κε θάνησιν, νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας.* **1** cadentis *Manutius* (*πίπτουσιν*): carentis.

B. Odyssea

29 O decus Argolicum, quin puppim flectis, Ulixes,
auribus ut nostros possis agnoscere cantus?
Nam nemo haec umquam est transvectus caerula cursu,
quin prius adstiterit vocum dulcedine captus,
post variis avido satiatus pectore musis
doctior ad patrias lapsus pervenerit oras.
Nos grave certamen belli clademque tenemus,
Graecia quam Troiae divino numine vexit,
omniaque e latis rerum vestigia terris.

Id. fin. 5, 18, 49 (*de Sirenis*) ita . . . invitant Ulixem — nam verti, ut quaedam Homeri, sic istum ipsum locum —: o decus — terris. **9** rerum *Marsus:* regum. *Cf. μ 184 sqq.*: *δεῦρ' ἄγ' ἰών, πολύαιν' Ὀδυσεῦ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν, νῆα κατάστησον, ἵνα νωϊτέρην ὄπ' ἀκούσῃς. Οὐ γάρ πώ τις τῇδε παρήλασε νηῒ μελαίνῃ, πρίν γ' ἡμέων μελίγηρυν ἀπὸ στομάτων ὄπ' ἀκοῦσαι, ἀλλ' ὅ γε τερψάμενος νεῖται καὶ πλείονα εἰδώς. Ἴδμεν γάρ τοι πάνθ' ὅσ' ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ Ἀργεῖοι Τρῶές τε θεῶν ἰότητι μόγησαν, ἴδμεν δ' ὅσσα γένηται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.*

30 Tales sunt hominum mentes, quali pater ipse
Iuppiter auctiferas lustravit lumine terras.

Aug. Civ. 5, 8 Illi quoque versus Homerici huic sententiae suffragantur, quos Cicero in Latinum vertit: Tales — terras.

Cf. σ 136. 7 τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Fragm. e libro de fato petitum esse ea quae apud Augustinum sequuntur indicant. Falso ergo Dombart et E. Hoffmann in editionibus suis: Acad.? **2** auct. *ἄπ. εἰρ.*

C. Varia

Emori nolo, sed me esse mortuum nihil aestimo. **31 (46)**

Cic. Tusc. 1, 8, 15 Epicharmi ista sententia: Em. — aest. nihili *edd. vett. Cf. Epich. fr. 247 K. ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι οὔ μοι διαφέρει, quae verba corrupta sic refinxit Diels: ἀποθανεῖν <μὴ εἴ>η, τεθνάκειν δ' οὐκ ἐμίν <γα> διαφέρει. Fort. in Tusc. non Ciceronis sed Enni versionem legimus.*

Ignaris homines in vita mentibus errant: **32 (47)**
Euthynous potitur fatorum numine leto.
Sic fuit utilius finiri ipsique tibique.

Ib. 48, 115 in Consolatione Crantoris: ait enim Terinaeum quendam Elysium, cum graviter filii mortem maereret venisse in psychomantium quaerentem, quae fuisset tantae calamitatis causa; huic in tabellis tris huius modi versiculos datos: Ign. — tib. *Cf. Ps.-Plut. Cons. ad Ap. 109 B—D † ἦρου νήπιε Ἠλύσιε φρένας ἀνδρῶν. Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ. οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν <οὔτε οἱ> οὔτε γονεῦσι.*

Mors mea ne careat lacrimis: linquamus amicis **33 (48)**
maerorem, ut celebrent funera cum gemitu.

Ib. 49, 117 Solonis oratio . . . ille sapiens: Mors — gem. *Cf. Sol. fr. 22, 5 D. μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.*

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum. **34 (49)**

Ib. 5, 17, 49 ut Epaminondas: Cons. — Lac. *Cf. Paus. IX 15, 6 Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν. V. Preger, Inscr. Gr. metr. p. 127.*

35(50) Quod fore paratum est, id summum exsuperat Iovem.

Id. div. 2, 10, 25 Hoc idem significat Graecus ille in eam sententiam versus: Quod — Iov. *Exemplar graecum non exstat; versiculum quamvis tragicum omittere nolui.*

36(51) Ego providebo rem istam et albae virgines.

Ib. 1, 37, 81 (de Brenno Gallisque) ferunt ex oraclo ecfatam esse Pythiam: Ego — virg. *Cf. Suid. s. v. Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις.*

37(52) Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.

Ib. 2, 56, 115 illa sors edita est opulentissumo regi Asiae: Croes. — vim. *Cf. Arist. Rhet. III p. 1407 a 39 Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.*

38(53) Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam.

Ib. 64, 133 ut si quis medicus aegroto imperet ut sumat 'Terr. — cass.' potius quam hominum more cocleam diceret. *Cf. Hes. Opp. 571 ἀλλ' ὁπόταν φερέοικος ἀπὸ χθονὸς ἂμ φυτὰ βαίνῃ et aenigma Athen. II 63 B ὑλογενής, ἀνάκανθος, ἀναίματος, ὑγροκέλευθος. 'Pro ἀνάκανθος Cicero φερέοικος legisse videtur' Kaibel. ἂμ φυτὰ βαίνων porro pro ὑγροκέλευθος in Tulli exemplari fuisse monet Marx ad Lucil. 1377.*

39(54) Dic, hospes, Spartae nos te hic vidisse iacentes,
dum sanctis patriae legibus obsequimur.

Id. Tusc. 1, 42, 101 pari animo Lacedaemonii in Thermopylis occiderunt, in quos Simonides: Dic — obs. *Cf. Sim. fr. 92 b D. Ὦ ξένε, ἄγγειλον Λακεδαιμονίοισ', ὅτι τῇδε κείμεθα τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις.*

40(55) Haec habeo, quae edi quaeque exsaturata libido
hausit, at illa iacent multa et praeclara relicta.

Ib. 3, 35, 101 Sardanapalli, opulentissimi Syriae regis, error adgnoscitur, qui incidi iussit in busto: Haec — rel. *Cf. Anth. Pal.*

VII 325 Τόσσ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγόν τε καὶ ἔμπιον καὶ μετ' ἐρώτων τέρπν' ἐδάην, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.

Q. TULLIUS CICERO

Flumina verna cient obscuro lumine Pisces
curriculumque Aries aequat noctisque dieique,
cornua quem condunt florum praenuntia Tauri.
Aridaque aestatis Gemini praecordia pandunt
longaque iam minuit praeclarus lumnia Cancer
languificosque Leo proflat ferus ore calores.
Post modium quatiens Virgo fugat orta vaporem.
Autumni reserat portas aequatque diurna
tempora nocturnis dispenso sidere Libra.
Ecfetos ramos denudat flamma Nepai.
Pigra Sagittipotens iaculatur frigora terris.
Bruma gelu glacians iubar est spirans Capricorni,
quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquari.
Tanta supra circaque vigent † umi lumina mundi.
At dextra laevaque ciet rota fulgida Solis
mobile curriculum et Lunae simulacra feruntur

. . . .

squama sub aetherio conspectu torta Draconis
eminet. Hunc infra fulgentes Arcera septem
magna qualit stellas, quam servans serus in alta
conditur Oceani ripa cum luce Bootes.

Auson. 17 (p. 16 Sch. 107 P.): Quinti Ciceronis hi versus eo pertinent, ut quod signum quo tempore inlustre sit noverimus. Quod superius quoque nostris versibus expeditur: Flum. — Boot. **1** Flamina *Wakefield:* **3** condunt *Scal.:* comunt. **12** iubare spirat *vulgo*, iubar exspirat *Ianus Helvetius.* **14** vigent ubi *Scal.*, urgentur *Bue.* lumina *idem:* flumina. **17** sqq. *'frgm. sunt carminis nullo vinculo cum Q. Ciceronis versibus coniuncti' Schenkl.* **17** aetherio *Heinsius:* aeterno. **18** *cf. Non. p. 55, 2 (77 L)* Arcera plaustrum est rusticum tectum undique, quasi arca. Hoc vocabulum et apud Varronem et apud M. Tullium invenitur. *M. et Q. fratres confudit Non., v. Thes. l. L. II 447, 25. V. etiam quae ad Quinti versus congessit Bue. Quinti Ciceronis Reliquiae (Lipsiae 1869) p. 68 sqq.*

TULLIUS LAUREA

Quo tua, Romanae vindex clarissime linguae,
silva loco melius surgere iussa viret
atque Academiae celebratam nomine villam
nunc reparat cultu sub potiore Vetus,
hoc etiam apparent lymphae non ante repertae
languida quae infuso lumina rore levant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope,
ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
sint plures oculis quae medeantur aquae.

Plin. nat. 31, 7 huius (*sc. villae Ciceronis Avernum lacum inter et Puteolos sitae*) in parte prima exiguo post obitum ipsius Antistio Vetere possidente eruperunt fontes calidi perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureae Tulli, qui fuit e libertis eius, ut protinus noscatur etiam ministeriorum haustus ex illa maiestate ingenii. Ponam enim ipsum carmen ‹uti queat *addiderim*› ubique et non ibi tantum legi: Quo — aquae. **1** Quo *Crusius:* quod **4** cultus E, cultos R^1 V **6** languidaque *Heinsius.*

M. FURIUS BIBACULUS

I. Epigrammata

1 (3) Si quis forte mei domum Catonis,
depictas minio assulas et illos
custodes videt hortuli Priapos,
miratur, quibus ille disciplinis
tantam sit sapientiam assecutus,
quem tres cauliculi, selibra farris,
racemi duo tegula sub una
ad summam prope nutriant senectam.

Suet. gramm. 11 (*p. 109 Rf.*) de Valerio Catone: vixit ad extremam senectam, sed in summa pauperie et paene inopia, abditus modico gurgustio, postquam Tusculana villa creditoribus cesserat, ut auctor est Bibaculus: Si quis — sen. **2** assulas *Beroaldus:* assylas *vel sim.* **3** hortulos Priapi *codd., corr. vett. edd.* **5** *sic*

L *ex coniectura*, sapientiam sit *cett.*, patientiam *Bhr.* **6** cauliculi L *ex coni.*, calculi (calculis O) *cett.* selibra VL, et libra *cett.* **7** uda *Heinsius Reiff.*

Catonis modo, Galle, Tusculanum 2
tota creditor urbe venditabat.
Mirati sumus unicum magistrum,
summum grammaticum, optimum poetam
omnes solvere posse quaestiones,
unum deficere expedire nomen.
En cor Zenodoti, en iecur Cratetis!

Ib. post fr. 1 et rursus: Cat. — Crat. **6** deficere *Toupius:* difficile **7** *habet Sacerd. VI 480 K.*, iec. Crat. *etiam Prob. IV 29 K.*

Orbilius ubinam est, litterarum oblivio? 3 (4)

Ib. 9 (p. 107 Rf.) de *Orbilio Pupillo:* vixit prope ad centesimum aetatis annum, amissa iam pridem memoria, ut versus Bibaculi docet: Orb. — obl.

Osce senex Catinaeque puer, Cumana meretrix 4 (5)

Schol. Iuv. 8, 16 Catina oppidum Siciliae usque ad probra dissolutum notatur, ut et Bibaculus (Vibaculus *et* Vibalus *codd.*): Osce— mer. Osce *Pithoeus:* oste.

---

nam meo grabato 5 (6)

Dub. Nom. V 573 K. Crabatum antiqui, nunc grabatum generis neutri, ut Bibaculus (*sic Clericus:* babiculus): nam — grab.

II ANNALES BELLI GALLICI

Liber I

Interea oceani linquens Aurora cubile 7 (8)

Macr. 6, 1, 31 ad Verg. Aen. 4, 585 (Tithoni croceum linquens Aurora cubile) Furius in primo annali: Int. — cub.

---

8 (9) Ille gravi subito devictus volnere habenas
misit equi lapsusque in humum defluxit et armis
reddidit aeratis sonitum.

Ib. 4, 10 ad *Verg. Aen. 11, 500* (quam tota cohors imitata relictis ad terram defluxit equis) sic Furius in primo: Ille — son. 1 devictus *Par.*, devinctus *cett.*

---

9 (10) mitemque rigat per pectora somnum

Ib. 1, 44 ad Verg. Aen. 1, 691 (placidam per membra quietem irrigat) Furius in primo: mit. — somn.

Liber IV

10 (11) Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

Ib. 3, 5 (*inter Il. N 131 et Aen. 10, 361*) Furius in quarto annali: Press. — vir.

Liber VI

11 (12) Quod genus hoc hominum, Saturno sancte create?

Ib. 1, 32 ad Aen. 1, 539 (Quod genus hoc hominum quaeve hunc tam barbara morem . . .) Furius in sexto: Quod — create? *Cf. Enn. ann. 627 Vahl*[2]. Saturno sancte create *cum Vahleni adnotatione.*

Liber X

12 (13) rumoresque serunt varios et multa requirunt.

Ib. § 33 ad *Aen. 12, 228* (Rumoresque serit varios ac talia fatur) Furius in decimo: rum. — req.

Liber XI

13 (14) Nomine quemque ciet: dictorum tempus adesse
commemorat

Ib. § 34 ad *Aen. 11, 731* (nomine quemque vocans reficitque ad proelia pulsos) Furius in undecimo: nom. — comm.

Confirmat dictis simul atque exsuscitat acris 14 (15)
ad bellandum animos reficitque ad proelia mentes.

Ib. post fr. 13 deinde infra: Conf. — mentes.

Ex incertis libris

Iuppiter hibernas cana nive conspuit Alpes. 15 (16)

Porph. Hor. sat. 2, 5, 40 (seu pingui tentus omaso Furius hibernas cana nive conspuet Alpis) hic versus Furi Bibaculi est; ille enim cum vellet Alpes nivibus plenas describere ait: Iupp. — Alp. *Cf. Ps. — Acronis Schol. ad loc.:* Furius Vivaculus in pragmatia belli Gallici: Iupp. — Alp. *Quint. 8, 6, 17* (*de translationibus*) sunt et durae, id est a longinqua similitudine ductae ut . . . Iupp. — Alpes.

Hic qua ducebant vastae divortia fossae 16 (17)

Schol Verg. Veron. Aen. 9, 379 (*p. 441 H.*) *post lacunam*: in annalibus belli Gallici: Hic — fossae.

Furio Bibaculo attributum

Cato grammaticus, Latina Siren, 17 (1)
qui solus legit ac facit poetas.

Suet. gramm. 11 (*p. 109 Rf.*) de Valerio Catone: visusque est peridoneus praeceptor, maxime ad poeticam tendentibus, ut quidem apparere vel his versiculis potest: Cato — poetas. *Bibaculo dedit Burmann.*

Q. SCAEVOLA

canescet saeclis innumerabilibus 1

Cic. leg. 1, 1, 2 (*Q. Tullius Cicero loquitur*) quercus . . . ut ait Scaevola de fratris mei Mario: can. — inn.

---

lassas clunes 2

Dub. Nom. V 575 K. Clunes gen. fem. ut Scaevola: l. c. *Cf. Char. 128 B* (*101 K*).

C. LICINIUS CALVOS

I LUDICRA

1 et talos Curius pereruditus

Ascon. tog. cand. fr. 28 Sch., p. 93, 21 Cl.: Curius hic notissimus fuit aleator damnatusque postea est. In hunc est hendecasyllabus Calvi elegans: et — per. talos *L. Mue.:* talus P, calus SM (talis *iam Beraldus*) Curius *ed. Ven.:* curios.

---

2 durum rus fugit et laboriosum

Gell. 9, 12, 10 C. Calvus in poematis laboriosus dicit non, ut vulgo dicitur, qui laborat, sed in quo laboratur: durum, inquit, rus fugiet laboriosum. fugi et (fugiet Z) δ, fugi sed γ, fugite (fugit et *cod. Nic. Fabri*) *codd. Non. p. 133, 21 M* (*193 L*).

---

3 Sardi Tigelli putidum caput venit.

Porph. Hor. sat. 1, 3, 1 Licinius Calvus (*sic Petrus Daniel:* gaius) de eodem Hermogene loquens Sardum dixit: Sardi — venit. *Verbum a* veneo, *non a* venio *derivandum esse vidit Bernhardy, Grundriß d. roem. Lit.*[4] *p. 542 coll. Cic. epist. 7, 24, 1* in lucris pono ferre hominem (*sc. Tigellium*) pestilentiorem patria sua; eumque addictum iam tum (totum *Otto*) puto esse Calvi Licini Hipponacteo praeconio . . . habes 'Sardos venales alium alio nequiorem'.

II EPITHALAMIA

4 – ∪ – vaga candido
nympha quod secet ungui

Char. 186 B (*147 K*) Ungui Licinius Calvus in poemate: vaga — ungui. *Ad metrum cf. Catull. 61* lilium *initio suppl. Broukhusius ad Prop. 1, 20, 39.*

---

5 Hesperium ante iubar quatiens

Prisc. I 170 H. iubar . . . tam masc. quam neutrum proferebant . . . Calvus in Epithalamio: Hesp. — quat. Hesperium *Ald:* Hesperum (Vesperum RG). Vesper it *Bhr.*

Et leges sanctas docuit et cara iugavit 6
corpora conubiis et magnas condidit urbes.

Schol. Verg. Veron. Aen. 4, 58 alii dicunt favere nuptiis Cererem, quod prima nupserit Iovi et condendis urbibus praesit, ut Calvus docet: Et — urbes. **1** *Ad prius* et *adnotatum in marg. Ambrosiani:* l. haec idque ubique. *Haec lectio sane ad genus dicendi hymnicum optime convenit, cf.* [*Tib.*] *3, 6, 13 sqq. et Norden, Agn. Theos p. 163 sqq.*

---

pollentemque deum Venerem 7

Serv. Aen. 2, 632 utriusque sexus participationem habere numina; nam ait Calvus: poll. — Ven. *Cf. Macr. 3, 8, 2* apud Calvum Aterianus (*v. Wessner R.-E. VII 2512*) adfirmat legendum 'poll. — Ven.', non deam. *Manifestus Servii error acc. sing. pro gen. plur. intelligentis.*

---

hunc tanto munere digna 8

Schol. Aen. 11, 169 (non alio digner te funere) alii 'dignem' legunt iuxta veteres ab eo quod est 'digno'. Calvus: hunc — digna. huic *et mox* magna F, *corr. Daniel.*

III IO

A virgo infelix, herbis pasceris amaris. 9

Schol. Verg. ecl. 6, 47 Calvus in Io: A — am.

Mens mea dira sibi praedicens omnia, vaecors 10

[*Prob.*] *IV 234 K.* sibi . . . interdum ex brevi et longa . . . ut Calvus in Io: Mens — vaec. omina *Weichert, cf. Thes. l. L. V 1268, 82 sqq.*

---

cum gravis ingenti conivere pupula somno 11

Prisc. I 479 H. Calvus conivere infinitivum secundum tertiam coniugationem correpta paenultima protulit: cum — somno. urgenti *coni. Heinsius. suppl. ex gr.* coepit. *Ad rem cf. ex. gr. Ov. met. 1, 713—714.*

---

12 Frigida iam celeris † vergatar vistinis ora

[*Prob.*] *IV 226 K.* is syllaba nominativi casus brevis . . . femi-nino, ut Calvus in Io: Frig. — ora. *Emendatio nondum reperta, sed* Bistonis ora *bene Bhr., cf. Ov. epist. 16, 346* Bistonis ora. celeri superata est *idem Reilium secutus.*

---

13 Sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus

Schol. Verg. ecl. 8, 4 Calvus in Io: Sol — curs.

---

14 ‒ ◡ ◡ ‒ partus gravido portabat in alvo

Char. 101 B (80 K) Alvum . . . masculine Calvus: part. — alvo. *De Io Epaphi matre agi verisimile est.*

IV EPIGRAMMATA

15 Cum iam fulva cinis fuero ◡̄ ◡̄ ‒ ◡ ◡ ‒ ◡

Char. 128 B (101 K.) quid quod fem. genere dixerit cinerem et Calvus in carminibus: Cum — fuero. *Cf. Ov. Pont. 3, 2, 28* cum cinis . . . factus ero.

---

16 Forsitan hoc etiam gaudeat ipsa cinis

Ib. post fr. 15 item: Fors. — cinis. crinis *in ed. Barw. foedus typothetae error. Fort. hic pent. hexametrum fr. 15 excipiebat. Ad rem cf. Pers. 1, 36* cinis . . . poetae felix.

---

17 Bithynia quicquid
et pedicator Caesaris umquam habuit

Suet. Iul. 49 mitto Calvi Licini notissimos versus: Bith. — hab. ped. Caes.: *Nicomedes.*

---

18 Magnus, quem metuunt omnes, digito caput uno
scalpit: quid credas hunc sibi velle? virum.

Schol. Lucan. 7, 726 (p. *579* W.) duobus vitiis Pompeius laborabat . . . unde Martialis (*hoc scholiastae error*) de eo in epigram-

mate: Magn. — vir. *Sen. rhet. 7, 4, 7* Calvus . . . dicit de Pompeio: dig. — vir. 1 omnes *vulgo:* homines. 2 credas *Sen.*, dicas *Schol. Luc. Interrogationis signum post* velle *posuit Scal.*

---

ne triclinarius 19

Char. 97 B (77 K) perspicuum est Calvum ad amicos non recte dixisse 'ne tricl.'., cum triclinaris dicere debuisset.

V INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

Schol. Verg. Bern. georg. 1, 125 dicunt Iovem commutasse omnia, cum bonus a malo non discerneretur, terra omnia liberius ferente, quod Calvus canit. 20

Ib. ad 2, 94 (temptatura pedes olim vincturaque linguam) hos versus a Calvo poeta transtulit. Ait enim ille: lingua vino temptantur et pedes. 'lingua *fort. ante* et pedes *est traiciendum*' *Bhr.* 21

C. HELVIUS CINNA

I PROMPEMPTICON POLLIONIS

Nec tam donorum ingenteis mirabere acervos 1 (3)
innumerabilibus congestos undique saeclis,
am inde a Belidis natalique urbis ab anno
Cecropis atque alta Tyriorum ab origine Cadmi,

Char. 158 B (124 K) e Iulio Romano Belidis Cinna in Propemptico Pollionis: 'Nec — Cadmi'. Patronymice dixit Belidis, ut urbis 4 Tyriū (*vel* — ā) *Neap., corr. Keil.* Tyrii iam *L. Mue. Apodosin sic fere conformatam fuisse sensit Kiessling (Comment. Mommsen. p. 353)*: quam in philosophorum scholis sapientiae et eloquentiae operam daturus es. *In Graeciam profectus est Asinius Pollio a. 56.*

---

lucida cum fulgent summi carchesia mali 2 (4)

Isid. orig. 19, 2, 9 Carchesia sunt in cacumine arboris trochleae, quasi F littera, per qua funes trahuntur. Cinna: luc. — mali. *Cf. Non. p. 546, 22 M (876 L)* Catullus Veronensis: luc. qua splen-

dent . . . carchesia mali, *unde post Catull. 64, 235 inseruit Faernus. Schol. Lucan. 5, 418 recte Cinnae dat* summi *scribens:* alti *Isid.* cum fulgent *Schol. Lucan.*: confulgent *Isid. V. Lucil. 1309* tertius hinc mali superat carchesia summa.

---

3 (5) atque anquina regat stabilem fortissima cursum.

Ib. 4, 7 Anquina quo ad malum antemna constringitur. De qua Cinna: Atque — cursum. *Cf. Lucil. 1114* funis enim praecisus cito atque anquina (*sic Iunius:* anchora) soluta. Anquina *apud auctores alibi non occurrit.*

---

4 (6) atque imitata nives lucens legitur crystallus

Schol. Iuv. 6, 155 sic et Cinna dicit: atque — cryst. lucens *Rutgers:* ludens.

---

5 (7) *Char. 171 B (134 K) e Iulio Romano* Iteris Iulius Hyginus in Cinnae Propemptico: ab Actio navigantes stadia circiter LX veniunt ad Isthmum Leucadiensium. Ibi solent iteris minuendi causa remulco, quem Graece πάκτωνα dicunt, navem traducere . . . itiner idem in eodem: quaerunt inquit, etiam nonnulli, quam ob rem a Corcura iubeat Action navigare, quod est e regione traductionis Leucadiensis, et rursus ab Actio circa insulam moneat ire, quam a Corcura rectum itiner ad Leucatam.

II ZMYRNA

6 (8) Te matutinus flentem conspexit Eous
et flentem paulo vidit post Hesperus idem.

Schol. Verg. georg. 1, 288 Eous id est lucifer, de quo etiam Cinna in Smyrna sic ait: Te — idem. 1 matutinus *Stephanus:* matutinum.

---

7 (9) At scelus incesto Smyrnae crescebat in alvo.

Prisc. I 268 H. alvus . . . quod veteres frequenter masc. genere protulerunt . . . Cinna in Smyrna: At — alvo. Smyrnae *Burmann:* cinnae (cirenae *unus*). *Cf. Char. 101 B (81 K.), qui*

incestum turpi *pro* incesto Smyrnae *habet, neclegentius citans, nam si* turpi *vera lectio esset, Charisii auctor versum ad masc. vocis* alvus *genus illustrandum laudare non potuisset.*

Char. 119 B (93 K) Cinna . . . in Zmyrna huius *tabis* dixit nullo auctore. 8 (10)

III LUDICRA ET EPIGRAMMATA

At nunc me Genumana per salicta 9 (1)
bigis raeda rapit citata nanis.

Gell. 19, 3, 5 hoc verbum (*nanos*) Latinum scriptumque inveniri in poematis Helvi Cinnae . . . versusque adscripsi: At — nan. 1 *De forma* Genumana, *cf. Thes. l. L. Onom. s. v. Cenomani, ubi e Polybio Γονομάνοι afferuntur.* Cenumana *F. Gronovius.*

---

somniculosam ut Poenus aspidem Psyllus 10 (2)

Ib. 9, 12, 12 (somniculosum, quod somnum afferat) Cinna in poematis: somn. — Psyll. *Sensus insequentis versus fuerit:* impune contrectat *vel sim.*

Haec tibi Arateis multum invigilata lucernis 11
carmina, quis ignis novimus aetherios,
levis in aridulo malvae descripta libello
Prusiaca vexi munera navicula.

Isid. orig. 6, 12 Historiae maiori modulo scribebantur et non solum in carta vel membranis, sed etiam et in omentis elephantinis textilibusque malvarum foliis atque palmarum. Cuius generis Cinna sic meminit: Haec — nav. *Poeta e Bithynia redux amico cuidam Arati exemplar dono dat.* 3 libellus *hic idem atque nostrum* '*Bast*', *cf. Birt, Kritik u. Hermeneutik p. 253.*

---

miseras audet galeare puellas 12

Non. p. 87, 24 M (124 L) galeare. Cinna in Epigrammatis: mis. — puell. *Quis hoc audeat incertum, an Themiscyra Amazonum sedes? Cf. Prop. 4, 3, 43 (de Hippolyta)* texit galea barbara molle caput.

---

13 Alpinaque cummis

Ib. p. 202, 28 M (298 L) Cummi generis neutri, ut est usu, monoptoton; tamen fem. Cinna: A. c., ut sit genetivus eius huius cummis, ut puppis febris pelvis.

---

14 Saecula permaneat nostri Dictynna Catonis.

Suet. gramm. 11 (p. 109 Rf.) meminit . . . Dianae (*sc. Valerii Catonis carminis*) Cinna: Saec. — Cat. per maneat *Mommsen.*

Q. CORNIFICIUS

I LUDICRA

1 deducta mihi voce garrienti

Macr. 6, 4, 12 deductum (*Verg. ecl. 6, 5*) pro tenui et subtili eleganter positum est . . . item apud Cornificium: ded. — garr.

II GLAUCUS EPYLLION

2 centauros foedare bimembres

Ib. 5, 13 ad Aen. 8, 293 Cornificius in Glauco: cent. — bim.

III INCERTAE SEDIS

3 (—) ut folia, quae frugibus arboreis tegmina gignuntur.

Schol. Verg. georg. 1, 55 arboreum aliqui duobus modis . . . accipiunt . . . Cornificius: ut — gign. *Possis ex. gr.:* ut folia <haec>, quae | fr. arb. gign. tegm. *Cf. Cic. fr. 22, 13.*

TICIDAS

I HYMENAEUS

1 Felix lectule talibus
sole amoribus

Prisc. I 189 H. sole quoque antiqui. Ticidas in hymenaeo: felix — am. antiqui. Ticidas *Hertz:* attiquidas *vel* atticidas *codd.*

II EPIGRAMMATA

Lydia doctorum maxima cura liber 2

Suet. gramm. 11 (*p. 109 Rf.*) de Valerio Catone: Lydiae Ticida meminit: Lyd. — liber.

Q. HORTENSIUS HORTALUS

Varro ling. 8, 14 ab eo quod alii dicunt cervices [et id *del. C. O. Mue.*] Hortensius in poematis cervix. Ib. *10, 78* (consuetudo) passa Hortensium dicere pro cervices cervix. *V. porro Quint. 8, 3, 35* cervicem videtur Hort. primus dixisse; *Serv. Aen. 11, 496. Cf. de hoc errore grammaticorum Thes. l. L. III 946, 13.*

C. MEMMIUS

† ne ardua nitens fortunae escendere cliva 1

Non. p. 194, 29 M (*286 L*) Clivus generis masc., ut plerumque. Neutri apud Memmium invenimus, cuius auctoritas dubia est: ne — cliva. Ardua nec *Quicherat*, nunc *Hertz.* escendere *Mercerus:* scendere.

Caper gramm. VII 101 K. hoc lutum atque macellum ἑνικῶς exire memento, Memmius ista *macella* licet, Caesar *luta* dicat. 2

C. IULIUS CAESAR

(*Ad formam luta v. Memmi frgm. modo allatum.*) 1

Tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander, 2 (31 Fun.)
poneris, et merito, puri sermonis amator.
Lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret vis,
comica ut aequato virtus polleret honore
cum Graecis neve hac despectus parte iaceres!
Unum hoc maceror ac doleo tibi deesse, Terenti.

Suet. vita Ter. 7 (*p. 9, 7 W.*) post *Cic. fr. 2* item C. Caesar: Tu — Ter. 5 neve *Roth:* neque. despectus *Calphurnius:* despecta ex.

VOLUMNIUS

stridentis dabitur patella cymae

Dub. Nom. V 574 K. Cyma, alii cymam, ut Volumnius: strid. — cym. stridenti *et* ciemeae *vel* clemee codd. *P. Volumnio Eutrapelo dedit Bue.*

VERSUS POPULARES IN CAESAREM ET SIMILIA

1 Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem.
Ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias,
Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem.

Suet. Iul. 49 Gallico denique triumpho milites eius inter cetera carmina qualia currum prosequentes iocolariter canunt, etiam illud vulgatissimum pronuntiaverunt: Gall. — Caes. 2 *om. codd. optimae notae, suspectus Ihmio.*

---

2 Urbani, servate uxores: moechum calvom adducimus.
Aurum in Gallia effutuisti, hic sumpsisti mutuum.

Ib. 51 ne provincialibus quidem matrimoniis abstinuisse vel hoc disticho apparet iactato aeque a militibus per Gallicum triumphum: Urb. — mut. 2 auro in Gallia stuprum emisti ΠR

---

3 Gallos Caesar in triumphum ducit, idem in curiam:
Galli bracas deposuerunt, latum clavum sumpserunt.

Ib. 80 et illa vulgo canebantur: Gall. — sumps.

---

4 Brutus, quia reges eiecit, consul primus factus est;
hic, quia consules eiecit, rex postremo factus est.

Ib. § *3* item ipsius Caesaris (*sc. statuae subscripsere quidam*): Brut. — est. *1 et 2* qui *Faernus.*

---

5 *Plin. nat. 19, 144* Nec non olus quoque silvestre est, triumpho divi Iuli carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum;

alternis quippe versibus exprobravere lapsana se vixisse apud Dyrrhachium, praemiorum parsimoniam cavillantes. Est autem id cyma silvestris.

De germanis, non de Gallis duo triumphant consules. 6

Vell. 2, 67, 3 Antonius L. Caesarem avunculum, Lepidus Paulum fratrem proscripserant; nec Planco gratia defuit ad impetrandum, ut frater eius Plancus Plotius proscriberetur. Eoque inter iocos militaris, qui currum Lepidi Plancique secuti erant, inter execrationem civium usurpabant hunc versum: De — cons.

Concurrite omnes, augures, haruspices! 7
Portentum inusitatum conflatum est recens:
nam mulas qui fricabat consul factus est.

Gell. 15, 4, 3 de Ventidio Basso: consulatum quoque adeptum esse *(versus finem anni 43 a. Chr.)* eamque rem tam intoleranter tulisse populum Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis victitasse, ut vulgo per vias urbis versiculi proscriberentur: Conc. — est. 2 invisitatum *Broukhusius* 3 mulas Q, mulos *cett.*

Non te peto, piscem peto; quid me fugis, Galle? 8

Fest. p. 285 M (358 L) Retiario pugnanti adversus murmillonem cantatur: 'Non — Galle', quia murmillonicum genus armaturae Gallicum est ipsique murmillones ante Galli appellabantur; in quorum galeis piscis effigies inerat. *Versus est ion. a mai., nam sen. iamb. 'Non—fug.' discribere non licet, quia neque* Galle *initio alterius versus positum fuisse verisimile est et senarius caesura careret.*

P. TERENTIUS VARRO ATACINUS

I ARGONAUTAE

Liber I

Ecce venit Danai multis *celebrata propago.* 1
Namque satus Clytio Laerni, quem Naubolus ex se,
Laernum Naupliades Proetus, sed Nauplion edit
Filia *Amymone Europae* Danaique superbi.

Schol. Verg. Veron. Aen. 2, 82 (p. 418 H.) Varro Argonautarum primo: Ecce — sup. *Litteris inclinatis impressa sunt quae a Maio lecta iam minus certo agnosci possunt. Cf. Apoll. Rhod. Arg. 1, 133 sqq.* *Τῷ δ' ἔπι δὴ θείοιο κίεν Δαναοῖο γενέθλη Ναύπλιος· ἦ γὰρ ἔην Κλυτονήου Ναυβολίδαο, Ναύβολος αὖ Λέρνου, Λέρνον γε μὲν ἴδμεν ἐόντα Προίτου Ναυπλιάδαο· Ποσειδάωνι δὲ κούρη πρίν ποτ' Ἀμυμώνη Δαναῒς τέκεν εὐνηθεῖσα Ναύπλιον, ὃς περὶ πάντας ἐκαίνυτο ναυτιλίῃσιν.*

---

2 Tiphyn ⟨at⟩ aurigam celeris fecere carinae.

Char. 358 B (272 K) de metaphoris: ab animali ad animale sicut 'Tiph. — car.', ab agitatore ad gubernatorem transtulit. *Cf. ib. 359 B; Diom. I 457, 8 et 26 K; Pompeius V 305 K; Don. IV 399 K. In* Tiphyn *varie peccant codd.* at *suppl. Unger, qui Varroni versum dedit coll. Apoll. Rhod. 1, 400 sqq. ἐπὶ δ' ἔτρεπον αἰνήσαντες Τῖφυν ἐυστείρης οἰήια νηὸς ἔρυσθαι. An* Aurigam Tiphyn ?

---

3 Quos magno Anchiale partus adducta dolore
et geminis capiens tellurem Oeaxida palmis
† scindere dicta

Serv. Verg. ecl. 1, 65 Oaxen Philisthenes (?) ait Apollinis et Anchialis filium. Hunc Oaxen in Creta oppidum condidisse, quod suo nomine nominavit, ut Varro ait: Quos — dicta. *Vib. Seq. (Geogr. Lat. min. ed. Riese p. 150, 9)* Varro hoc docet: gem. — palm. *Cf. Apoll. Rhod. 1, 1129 sqq. Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταιέες, οὕς ποτε νύμφη Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσιν δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος ἐβλάστησεν.* 2 cupiens *codd. Serv.*, (*ut* scindere *infinitivus intellegeretur) et Vib. Seq. cod. Vat. m. pr.:* capiens *cett. Vib. codd.* dolorem *pro* tellurem *Servii codd.* Oeaxida *Salmasius (habebat Servii cod. M ut vid.):* Oaxida. 3 '*Pro* dicta *scriptum fuit fort.* Dictaeo *et totus Varronis versus, quem in* antro *exisse suspiceris, laudatus' Thilo. V. etiam Norden, Ennius u. Verg. p. 23, 4.*

Liber II

4 *Prob. Verg. georg. 1, 14,* Ibi (*in insula Cea*) existimatur pestilentia fuisse pecorum et armentorum gravis propter interitum Actaeonis. Aristaeus monstrante Apolline patre profectus est in

insulam Ceam et ibi sacrificio facto aram Iovi Icmaeo constituit, qui placatis flatibus et aestu, qui necabant pecora et armenta, liberavit ea. Ipse autem post excessum vitae imperante oraculo Apollinis ab inhabitantibus eam insulam relatus in numerum deorum appellatus est Nomius et Aeguros, quod et agresti studio et cura pecorum armentorumque non mediocriter profuerat hominibus. Traditur haec historia de Aristaeo in corpore Argonautarum a Varrone Atacino. *Cf. Apoll. Rhod. 2, 500—527.*

Te nunc Coryciae tendentem spicula nymphae 5
hortantes ‘o Phoebe’ et ‘ieie’ conclamarunt.

Audax VII 332 K. Varro . . . in Argonautis nymphas hexametrum fecisse sic scripsit: Te — concl. 1 ortigi(a)e *codd., corr. Wuellner coll. Apoll. Rhod. 2, 711 πολλὰ δὲ Κωρύκιαι νύμφαι Πλείστοιο θύγατρες θαρσύνεσκον ἔπεσσιν ἰήιε κεκληγυῖαι.* 2 orantes *codd., corr. idem.*

Frigidus et silvis aquilo decussit honorem 6

Serv. georg. 2, 404 Frig. — hon. Varronis hic versus est. *Cf. Apoll. Rhod. 2, 1098 sqq. Ζεὺς δ' ἀνέμου βορέαο μένος κίνησεν ἀῆναι . . . αὐτὰρ ὅ γ' ἠμάτιος μὲν ἐν οὔρεσι φύλλ' ἐτίνασσεν . . .*

Liber III

Huic similis curis expe⟨r⟩dita lamentatur 7 (24)

[Serg.] IV 564 K. per praepositiones sic fiunt soloecismi . . . supervacua ponitur ut apud Varronem: Huic — lam. *Participium ut supra restituit Bue. Jahrb. f. Phil. 93, 1866, 610 = Kl. Schr. I 624. Huius commentatiunculae immemor idem ipse protuli Herm. 61, 1926, 234 libroque III dedi coll. Apoll. Rhod. 3, 664 τῇ ἰκέλη Μήδεια κινύρετο.* Ad experdo, *quod num Varro scripsisset Bue. dubitabat, contuli C Gl L III 447, 64; 481, 5* experdens *ληστής. De tertio Argonautarum libro obiter cogitaverat Bue.*

Desierant latrare canes urbesque silebant; 8 (7)
Omnia noctis erant placida composta quiete.

Sen. contr. 7, 1, 27 illos optimos versus Varronis: Des. — quiete. *Cf. Apoll. Rhod. 3, 748 sqq. Οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἔτ' ἀνὰ πτόλιν, οὐ θρόος ἦεν ἠχήεις, σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην.*

---

9 (8) Cuius ut aspexit torta caput angue revinctum

Char. 114 B (90 K) Anguis . . . feminini . . . Varro Atacinus: Cuius — rev. *Non. p. 191, 23 M (281 L) Beda VII p. 264 K. Cf. Ap. Rhod. 3, 1214 πέριξ δέ μιν ἐστεφάνωντο σμερδαλέοι δρυΐνοισι μετὰ πτόρθοισι δράκοντες.*

Liber IV

10 (9) Tum te flagranti deiectum fulmine, Phaethon

Quint. inst. 1, 5, 17 vitium quod *συναίρεσιν* et *ἐπισυναλοιφήν* Graeci vocant, nos complexionem dicimus, qualis est apud P. Varronem: Tum — Phaeth. *Mar. Victorin. VI 66 et 147 K. sine poetae nomine.* cum *et* deiecit *bis Mar. Victorin. Cf. Ap. Rhod. 4, 595 sqq. ἔνθα ποτ' αἰθαλόεντι τυπεὶς πρὸς στέρνα κεραυνῷ ἡμιδαὴς Φαέθων πέσεν ἅρματος Ἠελίοιο.*

---

11 (10) Semianimesque micant oculi lucemque requirunt

Serv. Aen. 10, 396 semianimesque micant digiti ferrumque retractant: Ennii est, ut *<v. 472. 3 V.[2]>* oscitat in campis caput a cervice revulsum semianimesque micant oculi lucemque requirunt: quem versum ita ut fuit transtulit ad suum carmen Varro Atacinus. *Cf. Ap. Rhod. 4, 1525 πολλὴ δὲ κατ' ὀφθαλμῶν χέετ' ἀχλύς. Maluit tamen Bello Sequanico adsignare hoc frgm. Skutsch R. E. V 2616, 7.*

---

12 (19) feta feris Libye

Schol. Verg. georg. 3, 176 antiqui . . . fetum pro gravido solebant ponere ut Varro Atacinus: feta — Lib. *Argonautis dedit Ruhnken coll. Ap. Rhod. 4, 1559 Λιβύῃ θηροτρόφῳ, Chorographiae Wernsdorf, quod si verum est, continuandum fort. fragmento 19, ut sit:* cing. — Nilo feta f. Lib.

Incertae sedis

13 (11) *Prob. Verg. georg. 2, 126* Pars Parthorum Media est appellata a Medo, filio Medeae et Aegei, ut existimat Varro, qui quattuor libros de Argonautis edidit.

II CHOROGRAPHIA[1]

Vidit et aetherio mundum torquerier axe 14 (12)
et septem aeternis sonitum dare vocibus orbes
nitentes aliis alios, quae maxima divis
laetitia est. At tunc longe gratissima Phoebi
dextera consimiles meditatur reddere voces.

Mar. Victorin. VI 60 K. expositis siderum erraticorum motibus, quos saltando et canendo imitentur homines: de qua re Varius sic tradidit <TRF[3] p. 265> item et Varro: Vid. — voc. **5** dextera: *sc. psallendo. Chorographiae dedit Scal. V. Hiller, Eratosth. Carm. Rel. p. 76.*

Ergo inter solis stationem et sidera septem 15 (13)
exporrecta iacet tellus; huic extima fluctu
Oceani, interior Neptuno cingitur ora.

Prisc. II 100 H. exterior extremus vel extimus. Varro in Chorographia (*sic man. rec. in marg. cod. D.*, ort(h)ographia *cett.*): Ergo — ora.

At quinque aethereis zonis accingitur orbis; 16 (14)
ac vastant imas hiemes mediamque calores:
sic terrae extremas inter mediamque coluntur.
Quam solis valido numquam † ut auferat igne.

Isid. nat. 10 enumeratis quinque circulis: De quibus Varro ita dicit: At — igne. *Salomonis glossarium s. v. zona* (*apud Usenerum Kl. Schr. II 247*). **1** *sic* (etheriis) *Salom.*, aethereus *vel* aetheris *Isid. codd.* **4** *sic* A^1 B E, *superscr.* vis numqua afferat A^2. numquam adserat ignes *Salom. Alii alia coniecerunt, sed memoria libelli Isidoriani nondum satis cognita* (*cf. Teuffel* III^6 *§ 496, 6 cum Beckeri editione*) *iudicio abstinere praestabit.*

---

tutum sub sede fuissent 17 (16)

Fest. p. 360 M (*494 L*) Tutum frequenter dicitur maxime. Varro in Europa: tut. — fuiss. *Europa pars Chorographiae fuisse videtur.*

---

1 Ad hunc titulum cf. Norden, Die germ. Urgesch. p. *10* sqq. V. etiam ad fr. 12.

18 (17) Munitus vicus Caralis ∪ ∪ _ ∪ ∪ _ ∪

Consent. V 349 K. ut ecce ait Cinus: Mun. — Car. <Varro Atacinus> *Hertz. V. Thes. l. L. Onom. p. 179, 21. Adscriptio incerta.*

---

19 (18) Cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

Char. 75 et 174 B (61 et 137 K) de mare *abl.* Atacinus quoque Cing. — Nilo. *Prisc. I 331 H. Cf. ad fr. 12.*

---

20 Indica non magna minor arbore crescit harundo;
illius et lentis premitur radicibus humor,
dulcia cui nequeant suco contendere mella.

Isid. orig. 17, 7, 58 (E commentario quodam ad Luc. Phars.) In Indicis stagnis nasci arundines calamique dicuntur, ex quorum radicibus expressum suavissimum sucum bibunt; unde et Varro ait: Ind. — mella. **1** *et* **3** *Adnot. sup. Lucan. 3, 237 (p. 97 E),* **1—2** illius *Comment. Lucan. ad eundem locum (p. 104 Us.)* **1** magna in arbore *Is.*, arbore *om. Adn.* **2** e *Arevalus*, ec *Bhr.* **3** contendere *Adn.*, condere *vel* concedere *Isid. codd.*

---

20 a *Comment. Lucan. 5, 516 (p. 175 Us.)* cum omnes harundinem dicant, hic cannam dixit secutus Varronem sicut et Ovidium *<met. 8, 630>. 'Haud scio an Atacinum' Usener ad 'Varronem'. 'In eodem, cum fr. 20 conexu vocabulo illum usum esse puto' Bhr.*

III EPIMENIS (? EPIMENIDES ?)

21 _ ∪ ∪ _ ∪ ∪ _ nubes [sic] ut vellera lanae
constabunt

Brev. Expos. Verg. georg. 1, 397 Varro in Epimenide (*sic* G, *epimedine cett.*): nub. — const. sicut et Aratus. *Cf. Ar. Phaen. 938 sqq. ἐρχομένων ὑετῶν νέφεα προπάροιθεν, οἷα μάλιστα πόκοισιν ἐοικότα ἰνδάλλονται.* sic *del. Riese. Cetera incertissima: versus esse hoc frgm. negat Kroll Rh. Mus. 70, 603 (ubi lege FPR 335). Titulum operis in* Ephemeride *mutavit Bergk, sed ἐπιμηνίς vox probe formata; quamquam cur hic titulus sive* Epimenides *versioni Aratei*

carminis inditus sit in obscuro est. Ad rem cf. Dielsii adnotationem ad Lucr. 4, 140, ubi lege FPR 335. constabunt *idem fere atque erunt, cf. ex. gr. Lucr. 4, 150.*

Tum liceat pelagi volucres tardaeque paludis 22
cernere inexpletas studio certare lavandi
et velut insolitum pennis infundere rorem;
aut arguta lacus circumvolitavit hirundo,
et bos suspiciens caelum — mirabile visu —
naribus aerium patulis decerpsit odorem,
nec tenuis formica cavis non evehit ova.

Schol. Verg. georg. 1, 375 hic locus de Varrone est, ille enim sic: Tum — ova. *Cf. Arat. Phaen. 942 sqq. Πολλάκι λιμναῖαι ἢ εἰνάλιαι ὄρνιθες ἄπληστον κλύζονται ἐνιέμεναι ὑδάτεσσιν ἢ λίμνην πέρι δηθὰ χελιδόνες ἀίσσονται et 954 sqq. Καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος ἐνδίοιο οὐρανὸν εἰσανιδόντες ἀπ' αἰθέρος ὀσφρήσαντο καὶ κοιλῆς μύρμηκες ὀχῆς ἒξ ὤεα πάντα θᾶσσον ἀνηνέγκαντο.*

IV BELLUM SEQUANICUM

Liber II

Deinde ubi pellicuit dulcis levis unda saporis 23

Prisc. I 497 H. invenitur etiam . . . pellicuit . . . P. Varro belli Sequanici libro II: Deinde — sap. *V. etiam ad fr. 11.*

C. CORNELIUS GALLUS

Elegiae

Uno tellures dividit amne duas

Vib. Seq. (geogr. Lat. min. ed. Riese) p. 148 Hypanis Scythiae, qui ut ait Gallus 'uno — duas'. Asiam enim ab Europa separat. *V. Norden, Ennius u. Verg. p. 23, 4.*

C. ASINIUS POLLIO

_ ◡ ◡ _ ◡ ◡ _ Veneris antistita Cupra

Char. 127 B (100 K) antistes habet antistitam ut . . . Polio. Ven. — Cupra. Cupra; sed *Keil:* Cupras (vel — us) et N. *V. Har-*

der Fleck. Jahrb. 137 (1888) 371, qui Cuprus *tuetur et totam insulam non male deae sacerdotem dici putat. Verba e galliambo quodam sumpta esse perperam existimat idem. Sermonem pedestrem agnoscere sibi visus est Woelfflin. Malo cum Bhr. hexametri partem alteram statuere.*

L. VARIUS RUFUS

I DE MORTE

1 Vendidit hic Latium populis agrosque Quiritum
eripuit, fixit leges pretio atque refixit.

Macr. 6, 1, 39 (ad Verg. Aen. 6, 621) Varius de Morte: Vend. — ref. *Cf. Norden, Aeneis Buch VI ad v. 621, ubi Macr. 6, 1, 39 pro 4, 4, 11 legendum est. Intellegendus est M. Antonius III vir.*

---

2 Incubet ut Tyriis atque ex solido bibat auro

Ib. § 40 ad Verg. georg. 2, 506 Varius de Morte: Inc. — auro. *Ad eundem Antonium spectat, de cuius aureis poculis cf. Plut. Ant. 9, 8 Plin. nat. 33, 50. Fort. hic versus fr. 1 excepit, si poeta consecutione qu. d. temporum paulo liberius usus est;* incubaret *poetae dactylico negatum.*

---

3 Quem non ille sinit lentae moderator habenae
qua velit ire, sed angusto prius ore coercens
insultare docet campis fingitque morando.

Ib. 2, 19 (ad Verg. georg. 3, 115) Varius de Morte: Quem — mor. 2 venit P. orbe *Torrentius non recte, nam* angusto = angustato, *cf. Thes. l. L. II 63, 30.*

---

4 Ceu canis umbrosam lustrans Gortynia vallem
si veteris potuit cervae comprendere lustra,
saevit in absentem et circum vestigia latrans
aethera per nitidum tenues sectatur odores —
non amnes illam medii, non ardua tardant,
perdita nec serae meminit decedere nocti.

Ib. 2, 20 ad Verg. ecl. 8, 85 Varius de Morte: Ceu — nocti. 1 seu P 2 deprendere *Bhr. coll. Sil. 10, 82* deprendit — cubilia.

Et sane Varium hic imitatus est Silius, cf. Sil. 81 sectatus odorem ∼ *Varius 4* sectatus odores. **3** latrans *Ulitius:* lustrans. **4** nit. *cf. Val. Fl. 3, 467.* **6** = *Verg. ecl. 8, 89, ubi v. interpretes.*

II PANEGYRICUS AUGUSTI

Tene magis salvum populus velit an populum tu,
servet in ambiguo qui consulit et tibi et urbi
Iuppiter

Hor. epist. 1, 16, 27—29 ‘qui sunt notissimo ex panegyrico Augusti’ *Porph.* ‘Haec enim Var⟨i⟩us de Augusto scripserat’ *Ps. — Acro. Res admodum incerta, v. Kiessling-Heinze*[4] *ad locum.*

C. MAECENAS

(Cf. Lunderstedt, De Maec. fragm. Comm. Ien. 9, 1 (1911)).

E LIBRO DECIMO

Ingeritur fumans calido cum farre catinus. 1 (8)

Char. 100 B (79 K) Catinus masc. genere dicitur, ut Maecenas in X ingeritur (*sic Keil:* ingeribus), ait, fum. — cat. *Dub. Nom. V 575 K.* Maecenas: et fumantes c. c. f. catinos.

EX INCERTIS LIBRIS

Lucentes, mea vita, nec smaragdos 2 (1)
beryllos neque, Flacce mi, nitentes
⟨nec⟩ percandida margarita quaero
nec quos Tunnica lima perpolivit
anellos nec iaspios lapillos.

Isid. orig. 19, 32, 6 de anulorum generibus agens: Thynius purus est, primum in Bithynia fabricatus, quam olim Thyn⟨i⟩am vocabant. Flaccus: Luc. — lap. Flaccus *error e v. 2 natus.* ‘*Recte vulgo est Maecenati datum*’ *Bhr.* **1** lucente *vel* lugente *codd.* **2** berillosque mihi, Flecce, nec nitentes *codd., corr. Torrentius.* **5** *inter* anellos *et* anulos *variant codd.*

---

3 (2)

Ni te visceribus meis, Horati,
plus iam diligo, tu tu⟨u⟩m sodalem
† nimio videas strigosiorem.

Suet. vita Hor. p. 45 Rf. Maecenas quantopere eum dilex⟨er⟩it satis testatur illo epigrammate: Ni — strig. 2 tutum *codd., corr. Muretus.* 3 nimio AC *Muretus*, hinnulo *Oudendorp*, simio *Sudhaus, alii alia.*

---

4 (3)

Debilem facito manu, debilem pede coxo,
tuber adstrue gibberum, lubricos quate dentes:
vita dum superest, bene est! hanc mihi vel acuta
si sedeam cruce sustine – ⏑ – ⏑ ⏑ – –

Sen. epist. 101, 10 inde illud Maecenatis turpissimum votum, quo et debilitatem non recusat et deformitatem et novissime acutam crucem, dummodo inter haec mala spiritus prorogetur: Deb. — sust. 1 coxo *Bamb., def. Bue., cf. Thes. l. L. s. v. coxus:* coxa *recc.* 3 si sidam (*ut legitima fiat glyconei forma*) *scribere dubitat Bue.*

---

5 (4)

Ades, inquit o Cybebe, fera montium dea,
ades et sonante typano quate flexibile caput.

Ps. Bass. VI 262 de galliambo: sunt apud Maecenatem: Ades — caput. 1 *habet Diom. I 514 K.* fera montivaga dea *coni. H. Grotius, alii alia.*

---

6 (5)

Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

Ib. hic ipse Maecenas iis quos modo rettuli proximum sic: latus — ul. *Cf. Diom. 514, ubi nomen omittitur.*

---

7 (6)

Hic nympha cingit omnis Acheloum senem.

Ib. hoc versu, qui est apud Maecenatem . . . Hic — senem.

---

8 (7)

Nec tumulum curo: sepelit natura relictos.

Sen. epist. 92, 35 diserte Maecenas ait: Nec — rel.

---

† cardine torno 9

Dub. Nom. V 591 K. Tornum generis masc. ut Maecenas: card. torno (turno MV, tornos *Unger*, tornus *Bhr.*) *Cf. Vitr. 9, 8, 11* tympanum includatur cardinibus ex torno masculo et femina inter se coartatis. *Falsa adnotat Thes. l. L. III 443, 54.*

Ib. 588 K. Quirites singularem numerum non habet; quamquam Maecenas dixit Quiritem, sed non recipitur. *Maec. cum Horatio confusus?* *Cf. Cledon. V 42 K.* licet Hor. singulari numero Quiritem dixerit (*c. II 7, 3*). 10

IMP. AUGUSTUS

Epigramma

Quod futuit Glaphyran Antonius, hanc mihi poenam
  Fulvia constituit, se quoque uti futuam.
Fulviam ego ut futuam? Quid, si me Manius oret
  pedicem, faciam? Non, puto, si sapiam.
'Aut futue aut pugnemus' ait. Quid quod mihi vita
  Carior est ipsa mentula? Signa canant!

Mart. 11, 20, 1 Caesaris Augusti lascivos, livide, versus sex lege, qui tristis verba Latina legis: 'Quod — can.' Absolvis lepidos nimirum, Auguste, libellos, qui scis Romana simplicitate loqui. **1** *De Glaph. v. R. E. s. v.* **3** Manius *App. bell. civ. V 14 sqq.*

EPIGRAMMATA ET POPULARES VERSUS IN AUGUSTUM

Cum primum istorum conduxit mensa choragum 1
  sexque deos vidit Mallia sexque deas,
impia dum Phoebi Caesar mendacia ludit,
  dum nova divorum cenat adulteria:
Omnia se a terris tunc numina declinarunt,
  fugit et auratos Iuppiter ipse thronos.

Suet. Aug. 70 Cena quoque eius secretior in fabulis fuit, quae vulgo δωδεκάθεος vocabatur; in qua deorum dearumque habitu

discubuisse convivas et ipsum pro Apolline ornatum non Antoni modo epistulae singulorum nomina acerbissime enumerantis exprobant, sed et sine auctore notissimi versus: Cum — thronos 1 chorum omnem *Bhr.*, *sed v. Thes. l. L. IV 159, 42.* **Est** chor. *Augustus et* Mallia *mensa domūs Mallii.* **5** *imitatur Catull. 64, 91* flagrantia declinavit | lumina. **6** aurato — tholo *Bentley.*

---

2 Pater argentarius, ego Corinthiarius

Ib. § *2* ad statuam eius ascriptum est: 'Pat. — Cor.', cum existimaretur quosdam propter vasa Corinthia inter proscriptos curasse referendos.

---

3 Postquam bis classe victus naves perdidit,
aliquando ut vincat, ludit assidue aleam.

Ib. et deinde bello Siciliensi epigramma vulgatum est: Postqu. — al.

OBTRECTATORES VERGILII

I NUMITORII ANTIBUCOLICA

1 Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

Don. vit. Verg. p. 10 Br. Obtrectatores Vergilio numquam defuerunt, nec mirum, nam nec Homero quidem. Prolatis Bucolicis Numitorius (*sic Hagen:* numinatoris *vel sim. codd.*) quidam rescripsit Antibucolica, duas modo eclogas, sed insulsissime *παρῳδήσας*, quarum prioris initium est: Tit. — fagi?

---

2 Dic mihi, Damoeta, 'cuium pecus' anne Latinum?
Non, verum Aegonis nostri sic rure locuntur.

Ib. pergens: sequentis 'Dic — loc.' Aegonis. Nostri *et* Aegones nostri *coniectatum est.* nostri, sic *Diehl. Primam igitur et tertiam eclogam illusit Numitorius.*

II INCERTI VERSICULUS

'Nudus ara, sere nudus': habebis frigore febrem. 3

Ib. alius recitante eo ex Georgicis (*1, 299*) 'nudus — nudus' subiecit: hab. — febr. febres *Serv. georg. 1, 299*, messes *Isid. orig. 2, 21, 22.*

III CORNIFICIUS GALLUS

Ordea qui dixit, superest ut tritica dicat. 4

Cledon. V 43 K. Cornificius Gallus inde (*ob* ordea *pluralem*) reprehendit Vergilium: ord. — dic. *Serv. georg. 1, 210* sane reprehensus Vergilius dicitur a Bavio et Maevio hoc versu: hordea — dicat. *Neutra adscriptio satis certa fide nititur.* Cornelius *pro* Cornificius *in Cledon. scripsit Spalding.*

C. VALGIUS RUFUS

I EPIGRAMMA

– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ situ rugosa, rutunda 1
margarita

Char. 138 B (*108 K*) neutraliter hoc margaritum dicere vitiosum est; et tamen multi dixerunt ut Valgius in epigrammate: situ — marg. *Hendecasyllabum agnoscere sibi visi sunt Bhr. Teuffel alii legentes:* in epigrammatis 'tu . . . *Sed* situ rugosa *optimum. Ad* margārita *cf. Prud. psych. 875* margaritum *initio hexametri. Anum ornatui studentem alloquitur poeta, cf. Hor. epod. 8, ubi et anus rugosa obvia et margaritae eius rotundae.*

II ELEGIAE

Codrus*que* ille canit, quali tu voce canebas 2
atque solet numeros dicere, Cinna, tuos,
dulcior ut numquam Pylio profluxerit ore
Nestoris aut docto pectore Demodoci
. . . tra . . . . . llam credis *mihi* sen . . . vitam
noctem non hilarum posset . . . ed . . .
falleris insanus quantum si gurgite nauta
Criseae quaerat flumina Castaliae.

Schol. Verg. Veron. ecl. 7, 22 (p. 399 H.) Similiter . . . hunc Codrum in Elegiis Valgius honorifice appellat et quadam in ecloga de eo ait: Codr. — Cast. *Inclinatis litteris impressa sunt quae Keilio verisimiliora quam certiora videbantur. Cf. Addenda.*

---

3 et placi**d**am fossae qua iungunt ora Padusam
navigat Alpini flumina magna Padi.

Schol. Verg. Aen. 11, 457 Valgius in Elegis: et — Padi. *Cf. ad rem Plin. nat. 3, 119 Nissen, Ital. Landesk. II 213.*

---

4 Hic mea me longo succedens prora remulco
laetantem gratis sistit in hospitiis.

Isid. orig. 19, 4, 8 Remulcum funis quo deligata navis trahitur vice remi. De quo Valgius: Hic — hosp. *Ex itineris fluvialis narratione deprompta sunt fr. 3 et 4, cf. Hosius Philol. 81, 194.*

III E LIBRIS INCERTIS

5 Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis
et sinum bimi cessamus ponere Bacchi?

Schol. Verg. georg. 3, 177 legitur et mulgaria, ut Valgius (balgius *cod.*) ait: Sed — Bacchi. **2** bimi *Unger:* vini. bachi *cod.* Baccho *Rutgers* vini *retinens. Ad bimum Bacchum cf. Hor. carm. 1, 19, 15* bimi cum patera meri.

---

6 perfusam pelvem

Dub. Nom. V 586 Pelves generis fem., ut Valgius (*sic Haupt:* Vallius): perf. pelv.

---

7 *Sen. epist. 51, 1* Tu istic habes Aetnam, editum illum ac nobilissimum Siciliae montem, quem quare dixerit Messala unicum sive Valgius — apud utrumque enim legi — non reperio.

AEMILIUS MACER

I ORNITHOGONIA

Liber I

et nunc agrestis inter Picumnus habetur. 1

Non. p. 518, 30 M (*834 L*) Picumnus et avis est Marti dicata, quam picum vel picam vocant, et deus qui sacris Romanis adhibetur. Aemilius Macer in Ornithogoniae (*sic Bentinus:* Theogoniae) lib. I: Et — hab. *Supple ante hunc versum* <deosque>. *Cf. Wissowa, Rel. u. Kult.*[2] *p. 244, 3.*

Liber II

cum laude excelleat omni 2

Diom. I 374 K. Macer Aemilius Ornithogonias secundo 'cum laude excellet omnis' excelleat *Unger*, excelleret *Scal.* omni *Keil.*

Ex incertis libris

Vulcani tosta vapore 3
cum virgis prosecta ferunt

Non. p. 220, 17 M (*325 L*) Prosecta . . . generis neutri. Aemilius (*sic Vossius:* licinius) Macer in Ornithogonia: Vulc. — fer.

Cygnus in auspiciis semper laetissimus ales: 4
hunc optant nautae, quia se non mergit in undas.

Isid. orig. 12, 7, 19 Aemilius ait: Cygnus — undas. *Serv. Aen. 1, 393* item cycni nullis dant (*sc. auguria*) nisi nautis, sicut lectum est in Ornithogonia: Cycnus in auguriis nautis gratissimus ales: hunc optant semper, quia numquam mergitur undis. *Quod verba Serviana ab Isidorianis tantopere discrepant, neglegentiae illius scholiastae tribuit Bhr. Uterque e vetustiore scholio hausit. v. Teuffel II*[7] *§ 223, 5* (*ubi legas* Serv. *pro* Sen.).

---

altis ex urbibus ibes 5

Char. 170 B (*133 K*) Ibes, hae ibes Aemilius Macer: [tum sacrae veniunt cultoribus id est] altis ex u. i. *Verba a Keilio se-*

clusa e proximo versu (v. fr. 6) irrepsisse videntur; id est *ex* ibes *errore natum. Ornithogoniae dedit Bhr. ut proximum.* altae urbes: *Thes. l. L. I 1773, 59 sqq.*

---

6 auxilium sacrae veniunt cultoribus ibes

Ib. post fr. 5 item: aux. — ib. *Intellege contra serpentes pinnatos ex Arabia advolantes, cf. Herodot. 2, 75, Aelian nat. an. 2, 38 Roeder R. E. IX 809.*

II THERIACA

Liber II (?)

7 longo resonantia sibila collo.

Ib. 102 B (81 K) Sibilus . . . neutro genere quidam dixerunt, ut . . . Macer <V> Theriacon: longo — collo. *Beda VII p. 291 e Char.* tundo *et mox* colla *Neap. Verum habent C teste Putschenio et Beda. De libri numero quem e Cauchii excerptis suppl. Barwick recte se habere non potest. Nam Lucani scholiasta — v. infra fr. 9 — disertis verbis testatur duos tantum fuisse Theriacon libros a Macro conscriptos. Et facile credas hoc opus eodem ambitu fuisse atque Ornithogoniam. Contra quinque volumina poetam explevisse tam exili materia haud verisimile. Itaque si recte libri numerus post poetae nomen suppletur, II pro V scribendum videtur.*

Ex libro incertum utro

8 – ∪ ∪ seu terga exspirant spumantia virus
seu tellus fumat qua taeter labitur anguis.

Isid. orig. 12, 4, 24 hic (*chersydrus anguis*) per quam labitur terram fumare facit, quam sic Macer describit: seu — anguis. 2 tellus *scripsi:* terra. venter *pro* taeter *Unger.*

---

9 *Schol. Lucan. 9, 701* serpentum nomina aut a Macro sumpsit de libris Theriacon — nam duos edidit — aut *e. q. s. Et profecto multa apud Lucan. 9, 700—937 Macro debentur.*

---

vepre occulta ruis 10

Dub. Nom. V 592 K. Vepres generis fem. . . . . singularem non recipit, quamvis Aemilius [masculine *secl. Bhr.*] dicat: vepre — ruis. vepre *Bhr.*: veper. *Theriacis praeeunte Ungero dedit Bhr., qui solitam illam ad nescioquem anguem apostropham interpretatur.*

III DE HERBIS

inter praeteritas numerabitur ocimus herbas 11

Char. 91 B (72 K) Ocimum consuetudo neutraliter dicit. Sed Aemilius Macer ait: int. — herb. *Negatio antecessisse videtur, cf. ex. gr. Verg. georg. 2, 101* non ego te . . . transierim, Rhodia. *Cf. Beda VII p. 282 K.*

---

quales aget intubus herbas 12

Ib. 128 B (100 K) Intiba . . . masc. gen. . . . Aemilius Macer: qual. — herb. quale seges N, quales reges C quales reget p *corr. Keil.* protulit o (*hoc ex* p) quales <vegeta> segete int. herb. *Bhr.*

---

pallentesque crocos 13

Dub. Nom. V 576 K. Crocum generis neutri, sed Macer Aemilius: pall. cr. crocos *Haupt*: crocus *vel* crocis. *Cf. Stat. Theb. 6, 195* pallentique croco.

IV INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

†illi multa lacus quem circum milia 14

Schol. Verg. Bern. georg. 2, 160 de lacu Benaco: lacus circuitus stadia mille ut Aemilius Macer: illi — mil. *Cf. Serv. auct. ad h. l. (p. 235 Th.)* Benacus in eadem regione mille et ducentorum.

---

flumina margine summa 15

Char. 81 B (65 K) Margo fem. genere . . . Aemilius Macer ait: flum. — summa. *Sic Lindemann:* fumant minu m. s. (flumant *Neap.*).

---

16 saucia naris

Ib. 136 B (107 K) Naris singulariter, haec naris, dicimus, ut Aemilius Macer: s. n.

---

17 maior ape, crabrone minor

Serv. Aen. 1, 435 fucus . . . est secundum Aemilium Macrum 'mai. — min.'

DOMITIUS MARSUS

I CICUTA

1 Omnia cum Bavio communia frater habebat,
unianimi fratres sicut habere solent,
rura domum nummos atque omnia: denique ut aiunt
corporibus geminis spiritus unus erat.
Sed postquam alterius mulier † concubitum
novit, deposuit alter amicitiam.
† [Et] omnia tunc ira, tunc desoluta omnia
⟨et⟩ nova regna duos accipiunt ⟨dominos.⟩

Philarg. Verg. ecl. 3, 90 (p. 65 H) de Vergilii inimicis agens: Ex quibus Bavius curator fuit (*desunt haec verba in recensione altera*) de quibus (*expectes* quo) Domitius in Cicuta refert: Omnia — acc. **3** ut aiunt, *cf. Otto, Sprichw. p. 26, qui quod Domitium sua ex Ovid. trist. 4, 4, 72* qui duo corporibus, mentibus unus erant *habere dicit, contra temporum rationem peccat.* **5** concumbere utrique *Unger, quo usurpato* **6** non volt *Bue.* **7** *Versus desperatus, v. conamina virorum doctorum in Suetoni reliquiis ed. Reiff. p. 42.* **8** et *e v. 7 huc vocavit,* dom. *suppl. Duebner.*

II FABELLAE

Liber IX

2 (5) callum sibi pectore quendam

Char. 91 B (72 K) Callum . . . Marsus Fabellarum VIIII masc. sic: call. — quend. *Cf. Prud. perist. 5, 177* callum pectoris praedurat obstinatio.

III EX INCERTIS LIBRIS

Epirota tenellorum nutricula vatum 3 (2)

Suet. gramm. 16 (p. 113 Rf.) Q. Caecilius Epirota . . . primus dicitur Vergilium et alios poetas novos praelegere coepisse, quod etiam Domiti Marsi versiculus indicat: Ep. — vat. et Ep. *codd.*, *purg. Pontanus.*

Si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit 4 (3)

Ib. 9 (p. 107) de Orbilio: fuit naturae acerbae . . . in discipulos, ut . . . significat . . . Domitius Marsus scribens: Si — cec.

---

hircum et alumen olens 5 (4)

Diom. I 319 K. oleo unguentum ut . . . Marsus: hirc. — ol. *Ad epigramma in Maevium rettulit Weichert. cf. Hor. epod. 10, 2* olentem Maevium.

_ ∪ ∪ _ adipis pondo bis dena vetustae 6

Prisc. I 168 H. adeps . . . veteres etiam feminino genere protulerunt . . . Marsus: ad . — vet. bis dena *Bhr.*: viginti. *De adipe vetusta v. Thes. l. L. I 631, 3 sqq., ubi tamen exemplum e Sereno petitum delendum est.*

Te quoque Vergilio comitem non aequa, Tibulle, 7
mors iuvenem campos misit ad Elysios,
ne foret aut elegis molles qui fleret amores
aut caneret forti regia bella pede.

Tibulli codd. in fine. Domitio adtribuebat cod. deperd. F. *Fortasse e Cicuta.*

INCERTI DE CRASSITIO EPIGRAMMA

Uni Crassitio se credere Zmyrna probavit:
desinite, indocti, coniugium hoc petere!
Soli Crassitio se dixit nubere velle,
intima cui soli nota sua extiterint.

Suet. gramm. 18 (p. 114 Rf.) Crassitius . . . adeo inclaruit, ut haec de eo scriberentur: Uni — ext. 3 *v. Marx, Moloss. Wortf. p. 200.*

VERSUS PUPIO ATTRIBUTI

Flebunt amici et bene noti mortem meam;
nam populus in me vivo lacrimavit satis.

Ps. — Acro ad Hor. epist. 1, 1, 67 (lacrimosa poemata Pupi) Pupius tragoediographus ita adfectus spectantium movit, ut eos compelleret ad lacrimas, unde distichon fecit: Fleb. — sat.

POPULARES VERSUS IN SARMENTUM

Aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat.
Digna dignis: sic Sarmentus habeat crassas compedes.
Rustici, ne nihil agatis, aliquis Sarmentum alliget.

Schol. Iuv. 5, 3 Sarmentus natione Tuscus . . . incertum libertus an servus, plurimis forma et urbanitate promeritis eo fiduciae venit, ut equitem Romanum ageret, decuriam quoque quaestoriam compararet. Quare per ludos, quibus primum in XIIII ordinibus sedit haec a populo in eum dicta sunt: Aliud — all. 2 crassos *codd., corr. Pithoeus.* cr. comp. *clausula Plautina Persa 573.* crassos *in Leonis editione typothetae error?*

P. OVIDIUS NASO

I PHAENOMENA

1 Pliades ante genus septem radiare feruntur,
sed tamen apparet sub opaca septima nube.

Prob. Verg. georg. 1, 138 (p. 357 H) Pleiades . . . quarum mentionem facit Ovidius in Phaenomenis dicens de Perseo: Plei. — nube 1 Pliades P, Pleiades *cett.* 2 sex . . . apparent, s. o. s. nube est *Heinsius.* nec *pro* sed *Bhr., cf. Arat. 255 sqq.* tantum *pro* tamen *Burmann.*

Tot numero talique deus simulacra figura 2
imposuit caelo perque atras sparsa tenebras
clara pruinosae iussit dare lumina nocti.

Lact. inst. 2, 5, 24 quanto igitur Naso prudentius quam illi qui sapientiae studere se putant, qui sensit a deo lumina illa ut horrorem tenebrarum depellerent instituta! Is eum librum, quo Phaenomena breviter conprehendit, his tribus versibus terminavit: Tot — nocti. *Errores librariorum vix curandi.*

II EPIGRAMMATA

Larte ferox caeso Cossus opima tulit 3 (5)

Prisc. I 149 H. in adnot. (habent codd. G L k): Lar quando significat *κατοικίδιον θεόν*, laris facit genitivum, sin autem imperatorem Veientorum, Lartis, quem mactavit Cossus. Et testis Ovidius in Epigrammatis: Larte — tulit.

Cur ego non dicam, Furia, te furiam? 4 (6)

Quint. inst. 9, 3, 69 inter exempla facetiarum, quae diversis eiusdem vocis significationibus efficiuntur: apud Ovidium ludentem 'Cur — fur.?

III INCERTAE SEDIS VERSICULI

at si contuleris eam, lacernae 5 (3)
conspectu melioris obruetur.

Ib. 12, 10, 75 evanescunt haec atque emoriuntur comparatione meliorum, ut lana tincta fuco citra purpuras placet: At — obr., ut Ovidius ait. **1** eam *Heinsius:* etiam. **2** obruetur *Haupt:* obruatur. *Ad rem cf. Ov. rem. 707* Confer Amyclaeis medicatum vellus aënis murice cum Tyrio: turpius illud erit.

Ride, si sapis, o puella, ride! 6 (4)

Mart. 2, 41, 1 'Ride — ride' Paelignus puto dixerat poeta.

---

7 Bis rapitur vixitque semel

Serv. georg. 4, 494 (iterum crudelia retro fata vocant) Ovidius: Bis — sem. vixitque tibi semel *Serv. auct.* (= *cod. Vat.*). *Lucani Orpheo dederunt Heinsius et Fr. Schoell, v. Thilonis praef. p. XVIII.*

---

8 currus crystallo lucidus albo

Dub. Nom. V 576 K. Cristallum generis neutri ut Ovidius: curr. — albo. albo *Haupt:* alba. *Turbavit anonymus quae in exemplo suo invenit, nam verba laudata ad usum neutralem illustrandum hercle non idonea.*

---

9 innumerosque vehes

Ib. 592 Vehes generis masc., ut Ovidius: inn. v.

---

10 (11) nymphaeque salaces

Paul. p. 327 M (437 L) Salaciam dicebant deam aquae, quam putabant salum ciere, hoc est mare movere. Unde Ovidius: n. s. *Diffidunt huic fragmento Ehwald — Levy, quoniam apud Festum Ovidius non commemoratur.*

---

11 (10) viscere diviso

Exc. Bob. 550 K. viscera Ovidius singulariter: v. d.

---

12 *Porph. Hor. sat. 1, 5, 20* Cnidiusve Gyges: de huius pueri pulchritudine etiam Ovidius locutus est.

---

13 *Plin. nat. 30, 33* Anginis felle anserino cum elaterio et melle citissime succurritur, cerebro noctuae, cinere hirundinis ex aqua calida poto. Huius medicinae auctor est Ovidius poeta. *Ovidium inter auctores huius libri non laudat Plin., laudat in libri 29 indice, qua de re v. Muenzer, Quellenkritik p. 44. Libro de medicamine faciei attribuit hoc praeceptum Birt, De Ov. Hal. p. 41.*

IV DUBIA QUAEDAM

(v. iam ad fr. 7 et 10.)

Ps. Primas. in Hebr. c. 11 secula vero, ut Ovidius Naso dicit, dicuntur a sequendo, eo quod sese sequantur atque resolvantur, teste Varrone. Opilius *coni. Usener, Kl. Schr. II 199, ita ut* Naso *ostendendae doctrinae gratia additum sit.* 14

Schol. Verg. Bern. ecl. 3, 105 item caeli spatium Ovidius Naso <putei> orificium ait, quia tantum caelum patere videtur quantum orificium patet. Ovidius Naso B, oledius L N P, ovidius N *man. rec.* Nasso L P, Na | | | | so N. *Nomen corruptum vid. Ehwaldio.* putei *add. Hagen.* torificium L P, | | | orificium N. atque *pro* quia L N. 15(—)

Serv. georg. 1, 43 Quintilis et Sextilis mutati sunt postea in honorem Iulii Caesaris et Augusti, unde sunt Iulius et Augustus. Sic Ovidius in Fastis. 16(—)

Cf. Praefationem Levyi p. IV sqq.

ALBINOVANUS PEDO

(*Cf. Inc. fr. 46.*)

Iam pridem post terga diem solemque relictum
iamque vident, notis extorres finibus orbis
per non concessas audaces ire tenebras
ad rerum metas extremaque litora mundi,
nunc illum, pigris immania monstra sub undis
qui ferat Oceanum, qui saevas undique pristis
aequoreosque canes ratibus consurgere prensis.
Accumulat fragor ipse metus. Iam sidere limo
navigia et rapido desertam flamine classem
seque feris credunt per inertia fata marinis
iam non felici laniandos sorte relinqui.
Atque aliquis prora caecum sublimis ab alta
aera pugnaci luctatus rumpere visu,
ut nihil erepto valuit dinoscere mundo
obstructa in talis effundit pectora voces:

Quo ferimur? fugit ipse dies orbemque relictum
ultima perpetuis claudit natura tenebris.
Anne alio positas ultra sub cardine gentes
atque alium †liberis intactum quaerimus orbem?
Di revocant rerumque vetant cognoscere finem
mortales oculos. Aliena quid aequora remis
et sacras violamus aquas divumque quietas
turbamus sedes?

Sen. suas. 1, 15 (p. 529 M) Nemo illorum (*sc. qui Latine declamabant*) potuit tanto spiritu dicere quanto Pedo qui <in *add. Thomas*> navigante Germanico dicit: Iam — sedes. **1** relincunt *Haupt* **2** *sic Withof:* iam quidam A, iam quidem BV, iam pridem (*e. v. 1*) D τ. noti se *Bhr.* **4** ad rerum *Haupt, cf. v. 20* rerum finem: asperum A B, hesperii V D. **5** unum *pro* nunc *Gertz.* **6** fert *coni. idem.* pristinis A B, pistris D. **11** iam *Schott:* tam (quam *Heinsius*). **12** caecum *Haase:* cedunt A B, cedat (*corr. ex* cedunt) V, sedat D, sedens τ. caecus aer *ex. gr. Germ. frg. 4, 29.* **13** visu (*corr. ex* visum V) V τ, visum A B, nisu D *Scal.* **15** obstructa in . . . pectora *Bursian:* obstructum A B V, obstructo D *Scal.* pectore *codd., def. Haase* obstructo *legens.* **16** fugit *Gronovius:* rugit A B D, ruit (*ex* rugit *corr.*) V. **19** liberis A B, libris V D flabris *Haupt*, <a>ligeris *propono ventos intellegens, qui alites nonnumquam vocantur. Cf. Sil. 7, 458 Amores aligeros nuncupantem.*

CORNELIUS SEVERUS

I RES ROMANAE

Liber I

1 pelagum pontumque moveri

Prob. IV 208 K. pelagus . . . apud poetas masc. genere . . . Cornelius Severus rerum Romanarum libro I dixit: pel. — mov.

II INCERTAE SEDIS FRAGMENTA

2 Ardua virtuti longeque per aspera cliva
eluctanda via est: labor obiacet omnis honori.

Schol. Lucan. 9, 402 (p. 300 Us) ergo cum dicit gaudere asperis virtutem, Hesiodi sententiam explicat τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ

προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι, quam Severus ita scripsit: ard. — hon. 1 pasperanio C, p. a. cliva *Kiessling coll. C. Gl. L. V 14, 29 = V 55, 29* Cliva aspera difficilia, *Memmio (supra p. 91) fr. 1* ardua . . . fortunae escendere cliva. longoque . . . nisu *Usener.*

Huc ades Aonia crinem circumdata serta! 3

Char. 137 B (107 K) Serta . . . feminine . . . Cornelius Severus: Huc — serta. *Dub. Nom. V 590 K. E prooemio quodam.*

Stabat apud sacras antistita numinis aras. 4

Ib. 127 B (100 K) Cornelius Severus: Stab. — ar.

Ignea iam caelo ducebat sidera Phoebe 5
fraternis successor equis

Ib. 108 B (86 K) successor cum masc. genere proferatur, Cornelius Severus etiam feminine dixit: Ign.-equis.

---

et sua concordes dant sibila clara dracones 6

Ib. 102 B (81 K) sibilus . . . neutro genere . . . Cornelius Severus: et — drac. *Beda VII p. 291, ubi* concordant sibila saeva *codd.*

_ ∪ ∪ _ flavo protexerat ora galero 7

Ib. 101 B (80 K) galeros . . . masc. gen. . . . Cornelius Severus: flav. — gal.

---

† therva purpureis gemmavit pampinus uvis 8

Ib. 134 B (105 K) post lacunam 'therva — uvis' cuius moveremur, inquit Plinius, auctoritate, si quicquam eo carmine puerilius dixisset. *Dub. Nom. V 588 K.* pampinus . . . feminini, ut Cornelius (cornilius *codd.*): purp. — uvis. *In* therva *adiectivum latet, cuius forma pampinum fem. gen. esse demonstrabatur.* helvaque *vel* helvola *coni. G. Hermann* t *litteram ex aliquo* dixit *vel* ait *residuam esse suspicatus.* geminata *Dub. Nom.*

---

9 pomosa lentos servabat in arbore ramos

Dub. Nom. V 588 Ramus gen. masc. ut Cornelius (cornilius *trad.*): pom. — ram.

---

10 pinea frondosi coma murmurat Apennini

Schol. Pers. 1, 95 spondiazontas . . . ut apud Cornelium Severum: pin. — Ap.

---

11 stratique per herbam
'hic meus est' dixere 'dies'.

Sen. suas. 2, 12 (p. 539 M) occurrit mihi sensus in eiusmodi materia a Severo Cornelio dictus tamquam de Romanis nescio an parum fortiter. Edicta in posterum diem pugna epulantes milites inducit et ait: strat. — dies 2 dixisse A B V *fort. recte. Cf. Verg. Aen. 9, 164* fusique per herbam *et Sen. Med. 1017* meus dies est.

---

12 luxuriantur opes atque otia longa gravantur

Diom. I 378 K. luxurior in crimine est, ut Cornelius Severus ait: lux. — grav. otia *Caesarius:* odia (ordia B).

---

13 Oraque magnanimum spirantia paene virorum
in rostris iacuere suis, sed enim abstulit omnis,
tamquam sola foret, rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia consulis acta
iurataeque manus deprensaque foedera noxae
patriciumque nefas extinctum: poena Cethegi
deiectusque redit votis Catilina nefandis.
Quid favor aut coetus, pleni quid honoribus anni
profuerant, sacris exculta quid artibus aetas?
Abstulit una dies aevi decus ictaque luctu
conticuit Latiae tristis facundia linguae.
Unica sollicitis quondam tutela salusque,
egregium semper patriae caput, ille senatus
vindex, ille fori, legum ritusque togaeque
publica vox saevis aeternum obmutuit armis.

Informes voltus sparsamque cruore nefando
canitiem sacrasque manus operumque ministras
tantorum pedibus civis proiecta superbis
proculcavit ovans nec lubrica fata deosque
respexit: nullo luet hoc Antonius aevo.
Hoc nec in Emathio mitis victoria Perse
nec te, dire Syphax, non fecit ⟨in⟩ hoste Philippo,
inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
afuerunt nostraeque cadens ferus Hannibal irae
membra tamen Stygias tulit inviolata sub umbras.

Sen. suas. 6, 26 (p. 572 M) nemo . . . ex tot disertissimis viris melius Ciceronis mortem deploravit quam Severus Cornelius: Corneli Severi 'Oraque — umbr. **1** saepe *pro* paene *Burmann*, **6** extinctum *Gronovius:* est tunc. **9** profuerunt D. etuita *codd. corr. Kiessling* (devota *Gertz*). **10** abst. u. d. *Ov. Pont. 1, 2, 4 alii. cf. Thes. l. L. II 1337, 32.* **11** *iterum affert Sen.* § *27* Latiae fac. ling. *Ov. Pont. 2, 3, 75.* **14** illa *Bursian.* **15** saevis *Scal.:* evis A B, eius V D^2, aevis D^1 **18** vices A B avis D^1 **21** *sic Schott:* hematio. **22** *add. vg.*, fecerat *Kiessling.* **24** *sic Heinsius:* af (f)uerat.

---

tragica . . . syrma 14

Dub. Nom. V 590 K. Syrma generis neutri; priores feminini. ut Cornelius (cornilius *trad.*) tr. s. *Lacunam statui, nam in hexametri clausula cum Bhr. haec verba collocare non licet per prosodiam.*

SEXTILIUS ENA

Deflendus Cicero est Latiaeque silentia linguae

Sen. suas. 6, 27 Sextilius Ena fuit homo ingeniosus magis quam eruditus, inaequalis poeta . . . talis, quales esse Cicero (*p. Arch. 26*) Cordubenses poetas ait, pingue quiddam sonantes et peregrinum. Is hanc ipsam proscriptionem recitaturus in domo Messalae Corvini . . . in principio hunc versum non sine assensu recitavit: Defl.-ling. *Corn. Sev. ad huius versus exemplum suum versum (fr. 13, 11) fecisse Sen. bis in hac paragrapho affirmat.*

IULIUS MONTANUS

1 Incipit ardentes Phoebus producere flammas
spargier et rubicunda dies; iam tristis hirundo
argutis reditura cibos inmittere nidis
incipit et molli partitos ore ministrat.

Sen. epist. 122, 11 recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poeta . . . cum hos versus recitasset: Inc. — min. . . . 2 spargier et *Bhr.*: spargere <se *add. vg.*>.

---

2 Iam sua pastores stabulis armenta locarunt,
iam dare sopitis nox pigra silentia terris
incipit.

Ib. deinde cum subinde recitasset: Iam — inc.

ARBRONIUS SILO

Ite agite, ⟨o⟩ Danai, magnum paeana canentes,
ite triumphantes: belli mora concidit Hector.

Sen. suas. 2, 19 (p. 544 M) memini auditorem Latronis Arbronium (*sic Bursian:* a(r) bronum *codd.*) Silonem . . . recitare carmen, in quo agnovimus sensum Latronis in his versibus: Ite — Hect. 1 o *add. vg.* 2 occidit A, *quod bis ponunt* B V. oresectora A B, oresedora V D, *fort.:* concidit; Orcus | Hectora <habet> *Bursian. Cf. ad 1 Verg. Aen. 6, 657* laetum . . . paeana canentes, *ad 2 Sen. Ag. 211* Danais Hector et bello mora. *V. Il. X 391 sqq.* *νῦν δ' ἄγ' ἀείδοντες παιήονα, κοῦροι 'Αχαιῶν . . . ἐπέφνομεν Ἕκτορα δῖον.*

RABIRIUS

1 – ∪ ∪ Idaeos summa cum margine colles

Char. 82 B (65 K) Margo fem. genere . . . Rabirius extulit: Id. — coll. *Verbum* ext. *poetae dederunt Bhr. Barw., sed neque quid sit 'colles efferre' video et Char. hoc verbo alibi quoque usus est, ut poetas dixisse aliquid significaret; v. 90, 24 B (71 K)* quamvis . . . Lucilius . . . forum masc. extulerit. *Suppleverim igitur* <conspicit> *sim.*

Hoc habeo quodcumque dedi ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ 2

Sen. benef. 6, 3, 1 Egregie mihi videtur M. Antonius apud Rabirium (rapirium *codd.*) poetam, cum fortunam suam transeuntem alio videat et sibi nihil relictum praeter ius mortis, id quoque si cito occupaverit, exclamare: Hoc — dedi. *Alludit poeta ad Ciceronis illud* (*Tusc. 5, 35, 101*) haec habeo quae edi *e. q. s.*

Ac veluti Numidis elephans circumdatur altus 3

Dub. Nom. V 578 K. Elefantus gen. masc. ut Rabirius (rabius V): Ac — alt. altus *Haupt:* aliis V L, illis M.

In tenerum est deducta ⟨serum⟩ pars †imonia lactis. 4

Ib. 590 Serum lactis generis neutri, ut Rabirius: In — lact. tenerum *Haupt*, tenue *Bhr.:* teneum *codd.* serum *suppl. Haupt:* in *codd.* (*deest in V*). pars intima *Haupt.*

---

portarumque fuit custos Erucius – ⏑ 5

Ib. 578 Erinaceus, non erineus. Tamen Rabirius: port. — Er. por (par V pan M) tarumqui *codd.*, *corr. Haupt.* Erucius *Bhr.:* ericius '*Error exemplaris ridicule lemmati dedit ansam*' *Bhr. Supple ex. gr.* <acer>, *cf. Verg. Aen. 9, 176* Nisus erat portae custos acerrimus armis.

DORCATIUS

Neu tu parce pilos vivacis condere cervi,
uncia donec erit geminam super addita libram.

Isid. orig. 18, 69 Pila proprie dicitur quod sit pilis plena. Haec et sfera a ferendo vel feriendo dicta. De quarum genere et pondere Dorcatius sic tradit: Neu — libr. 1 *Cf. Verg. ecl. 7, 30* vivacis cornua cervi. *Acuta est Hauptii* (*Opusc. III 571*) *coniectura hos versus cum Ovidiano* (*trist. 2, 485*) *illo* ecce canit formas alius iactusque pilarum *coniungentis.*

VERSUS POPULARES IN TIBERIUM ET GERMANICUM

1 Asper et inmitis, breviter vis omnia dicam?
Dispeream si te mater amare potest.

---

2 Non es eques — Quare? — Non sunt tibi milia centum —
Omnia si quaeras, et Rhodus exilium est.

---

3 Aurea mutasti Saturni saecula, Caesar,
incolumi nam te ferrea semper erunt.

---

4 Fastidit vinum quia iam sitit iste cruorem:
tam bibit hunc avide quam bibit ante merum.

---

5 Aspice felicem sibi, non tibi, Romule, Sullam
et Marium, si vis, aspice, sed reducem,
nec non Antoni civilia bella moventis
non semel infectas aspice caede manus
et dic: Roma perit! regnavit sanguine multo
ad regnum quisquis venit ab exilio.

Suet. Tib. 59 ut nonnulli versiculis quoque et praesentia exprobrarent et futura denuntiarent mala: *1—5. 1, 1* es *pro* et *Heinsius. 2 cf. Catull. 92, 2* Lesbia me dispeream nisi amat. *4, 2* Tam bibet *Gruter.*

---

6 Salva Roma, salva patria: salvus est Germanicus.

Id. Cal. 6 Romae . . . cum . . . convaluisse (*Germanicum*) . . . percrebruisset, . . . expergefactus e somno Tiberius gratulantium vocibus atque . . . concinentium: Salva — Germ.

ASINIUS GALLUS

Qui 'caput ad laevam' didicit, glossemata nobis
praecipit: os nullum vel potius pugilis.

Id. gramm. 22 (p. 116 Rf.) de M. Pomponio Marcello: pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit: Qui — pug.

SEXTUS PACONIANUS

Eoo Oceano Hyperion fulgurat Euro;
Arctoo plaustro Boreas bacchatur † rheno;
Hesperio Zephyro Orion volvitur [austro].
fulva Paraetonio vaga Cynthia proruit Austro.

Diom. I 499 K. vocales sunt qui alte producta elocutione sonantibus litteris universam dictionem inlustrant ut est illud Paconianeum (*sic scripsi:* paconia non meo oceano *codd.*, Paconianum *Haupt*): Eoo — Austro. 1 Eoo *Haupt, codicum lectionem modo attuli* 2 Arctoo *I. Voss:* arcto A M, acto B. rheno A M, reno B, ab Aeno *Scal.*, ab Haemo *Burmann., recte ut vid., cf. Ov. trist. 1, 2, 29* nunc sicca gelidus Boreas bacchetur ab arcto. 3 Zephyro <sed> Orion *Steph.* austro *de exitu sequentis versus inlatum esse vidit Keil, qui* udus *vel* ingens *proponit.* 4 *sic Ach. Statius:* fulvaretonio A, *similia* B M.

POPULARES VERSUS IN CALIGULAM

In castris natus patriis, nutritus in armis
iam designati principis omen erat.

Suet. Cal. 8, 1 versiculi imperante mox eo divulgati apud hibernas legiones procreatum indicant: In — erat. *Post* patriis *dist. Bentley, ante vg.*

CN. CORNELIUS LENTULUS GAETULICUS

Non aries illum verno ferit aere cornu,
Cnosia nec geminos praecidunt cornua tauri,
sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes.

Prob. Verg. georg. 1, 227 (p. 360 H) Septentriones, quos Graeci duas ursas vocant, Helicen et Cynosuram, in barbarica

sphaera plaustrum esse, quod ducatur a bubus iunctis. Cuius rei testis est Gaetulicus, cum ait de Britannis: Non — Bootes **1** ferit *Keil:* ferat. **2** tauri *Keil:* tantum (taurum *edd.*) **3** pl. Bo. *Germ. 139. Ad rem. cf. Boll, Sphaera p. 389.*

VAGELLIUS

1 si . . cadendum est,
e caelo cecidisse velim

Sen. nat. 6, 2, 9 egregie Vagellius meus in illo inclito carmine 'si cadendum est [mihi *del. Gercke*]' inquit, 'e c. c. velim. '*Poeta fort.* sive *scripserat*' *Gercke.*

---

2 Tollimus ingentes animos et maxima parvo
tempore molimur.

Ib. 3 praef. 3 libet igitur mihi exclamare illum poetae incliti versum: Toll. — mol. *Vagellio dedit Unger. Cf. Verg. georg. 3, 207* (*de equis*) ingentes tollent animos.

SENECAE E CLEANTHE VERSUS

Duc o parens celsique dominator poli
quocumque placuit: nulla parendi mora est.
Adsum inpiger; fac nolle: comitabor gemens
malusque patiar facere quod licuit bono.
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

Id. epist. 107, 10 sic adloquamur Iovem . . . quemadmodum Cleanthes noster versibus disertissimis . . . quos mihi in nostrum sermonem mutare permittitur Ciceronis . . . exemplo . . . Duc — trah. *Cf. Cleanthes fr. 527* (*I p. 118*) *Arn.* *Ἄγου δέ μ', ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη, ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος, ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος· ἢν δέ γε μὴ θέλω, κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.* **1** Duc summe pater altique *Aug. civ. 5, 8.* **5** *a Seneca additus ut vid., cf. Hensii adnot. in ed. alt.*

LUCILIUS IUNIOR

Non est tuum Fortuna quod fecit tuum. 1

Ib. 8, 10 hunc (*sc. Publili*) versum a te dici non paulo melius et adstrictius memini: Non — tuum. *Mimis hoc et proximum frgm. attribui solet, v. C R F*^{3} *p. 373.*

Dari bonum quod potuit auferri potest 2

Ib. illud etiamnunc melius dictum a te non praeteribo: Dari — pot.

Mors non una venit, sed quae rapit, ultima mors est. 3

Ib. 24, 31 dixisti: Mors — est.

Elius Siculis de fontibus exilit amnis. 4

Sen. nat. 3, 1, 1 ut apud te, Iunior carissime, invenio: El. — amn. Elius *Gercke:* eleus B, fluis C, elisius AεFIKLOP, elisus EHTZ. *V. Gercke-Norden Einleit. i. d. Alt.-Wiss. I*^{2} *p. 53 sqq.*

Ib. 3, 26, 5 Quidam fontes certo tempore purgamenta eiectant, 5 ut Arethusa in Sicilia quinta quaque aestate per Olympia. Inde opinio est Alpheon ex Achaia eo usque penetrare et agere sub mare cursum nec ante quam in Syracusano litore emergere. ideoque his diebus, quibus Olympia sunt, victimarum stercus secundo traditum flumine illic redundare. Hoc et a te creditum est ut in prima parte <dixi *add. Gercke*>, Lucili carissime, et a Vergilio (*ecl. 10, 4*).

ATTIUS LABEO

Crudum manduces Priamum Priamique pisinnos.

Schol. Pers. 1, 4 Labeo transtulit Iliadem et Odyssiam verbum ex verbo ridicule satis. Eius est ille versus: Crud. — pis. *Cf. Il. Δ 35 ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον Πριάμοιό τε παῖδας. Nomen gentile Labeonis e Schol. Pers. 1, 50 novimus.*

CAESIUS BASSUS

Lyricorum liber II

1 Calliope princeps sapienti psallerat ore.

Prisc. I 527 H. Bassus in II lyricorum: Call. — ore.

Incertae sedis

2 Huc ades [o] Lyaee
Bassareu bicornis,
Maenalie bimater,
crine nitidus apto.
Luteis corymbis
hedera te, coronis
hasta viridis armet.
Placidus ades ad aras,
Bacche Bacche Bacche.

Ps. Bass. VI 255 K. Ithyphallicum metrum saepe recipit . . . tribrachum . . . cuius exemplum subieci . . . sic: Huc — Bacche. **1** = *Diom. I 511 K.* **7** = *Mar. Victorin. VI 92 K.* **9** = *ib. 118 K et Ter. Maur. 2594.* **1** o *om. Diom.* **3** *sic Gaisford:* menale *Neap. Ps. Bassi verborum fons unicus, v. G. L. VII p. 669 sqq.* **4** apto *L. Mue.:* apte. **5—6** *sic dist. Mue.* **7** armet *Mar. Victorin.*, arma et *Caes.*

3 Tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba

Ib. 256 (archebulii metri) exemplum: Tibi — herba. *Diom. I 514 K. et Mar. Victorin. VI 126 K., Ter. Maur. 1915* crescit et herba *Ps. Bass.* haedus *pro* herba *Mar. Victorin. 125 et Ter. Maur.*

4 Frugiferae sacra deae quae colitis mystica iunctaeque Iovi nefasto.

Ib. 263 K. Apud nostros hoc metrum (*Philicium*) non reperio. Exemplum eius tale est: Frug. — nef. *Cf. Mar. Victorin. VI 86 K ubi* mystica sunt nota Iovi potenti.

Egregia percoluit ingenia musice, 5
carminis in ore tenet ingenium ⏑ – ⏑ –

Ib. 264 huius (*metri Paconici*) exemplum: Egr. — ing. **1** *Mar. Victorin. VI 98 et 124.* musici *Ps. Bass.* **2** more *Ps. Bass.* <amabile> *Studemund.*

Sic Tiberis implacidus in maria labitur 6

***Ib.** sine intervallo:* Sic — lab. *Cf. Mar. Victorin. VI 53*; *98*; *124* (iam Tib.); *129* (iam — impl. unda fluens).

[sed ibi] sedet ibi Bromia † devata pede mulier 7

Ib. cuius (*metri proceleusmatici*) exemplum . . . nunc referam: [sed ibi *del. in cod.*] sed — mul. '*Bromia mulier est maenas*' *Bhr.* terete *coni. Santenius* (*ceterum* Bromie *scribens*). *Sane requiritur adiectivum cum* pede *coniungendum. In Thes. l. L. II 2204, 24 Prisciani nomen errore illatum.*

---

modo pecora rapida caper agitat humi 8

***Ib.**:* modo — humi.

---

caput inanime tepet avida neque manus 9

***Ib.**:* cap. — man.

Romani victores Germanis devictis 10

Diom. I 513 K. huius (*molossici metri*) exemplum dat Caesius Bassus tale: Rom. — dev. *Saturnios Ps. Bassi versus* (*VI 265 K*) *cum Bhr. omisi. Cf. etiam ad proximum frgm.*

INCERTI ARTIFICIA METRICA

Astra tenet caelum, mare classes, area messem 1

Quint. inst. 9, 4, 90 memini quendam non ignobilem poetam talem (*sc. versum*) exarasse: astra — mess. Hic retrorsum fit sotadeus (messem area, classes mare, caelum tenet astra). *Caesi Bassi hunc esse versum coni. Leo Hermes 24, 294, 2.*

---

2 Caput exseruit mobile pinus repetita

Ib. itemque e sotadeo evadit (*sic scripsi:* ad | | | *codd.*) retro trimetros: Cap. — rep. (repetita pinus mobile exseruit caput). *In sotadeo prima longa soluta:* ◡ ◡ _

M. ANNAEUS LUCANUS

(*Cf. editionem Hosianam tertiam p. 328 sqq.*)

Vita Vaccae extr. Exstant eius conplures et alii (*sc. libri*), ut Iliacon, Saturnalia, Catachthonion, Silvarum X, tragoedia Medea inperfecta, salticae fabulae XIV et epigrammata (*sic Weber:* appāmata Q, ippamata *cett.*, *alii alia coniecerunt*), prosa oratione in Octaviam Sagittam et pro eo, de incendio urbis, epistolarum ex Campania.

Stat. silv. 2, 7, 52 Ac primum teneris adhuc in annis ludes Hectora Thessalosque currus et supplex Priami potentis aurum et sedes reserabis inferorum. Ingratus Nero dulcibus theatris et noster tibi proferetur Orpheus. Dices culminibus Remi vagantis infandos domini nocentis ignes. Hinc castae titulum decusque Pollae iucunda dabis adlocutione. Mox coepta generosior iuventa albos ossibus Italis Philippos et Pharsalia bella detonabis.

I ORPHEUS[1]

1 (6) Nunc plenas posuere colos et stamina Parcae
multaque delatis haeserunt saecula filis.

Aldhelmus de metr. p. 159, 23 Ehw. stamen, unde Lucanus de Orpheo: Nunc — filis. 1 *Cf. Phars. 3, 19* stamina Parcas. 2 dilatis *Bhr.*

---

2 (3) gaudent a luce relictam
Eurydicen iterum sperantes Orphea manes.

Serv. georg. 4, 492 quasi exultarent umbrae reditu Eurydices. Lucanus in Orpheo dicit factum strepitum redeunte Eurydice ob hoc quia 'gaud. — man.' reductam *Burmann.*

---

1 Cf. ad Ovidii fr. 7. Loci Serv. Aen. 6, 392 et 565. georg. 2, 389 a Lucano alieni sunt.

Liber monstrorum II 8 (*Haupt Opusc. II p. 239*) Pantheras . . . poeta Lucanus ad lyram Orphei cum ceteris animantibus et bestiis a deserto Thraciae per carmen miserabile provocatas cecinit dum ipse tristis et maerens ad undam Strymonis raptam Eurydicen lacrimabili deflevit carmine. *Luc. sic fere scripserit:* 3 (2)

maerens et tristis ad undam
Strymoniam Eurydicen raptam lacrimabile flevit.

Ib. I 6 p. 224 H. Fauni . . . silvicolae . . . quos poeta Lucanus secundum opinionem Graecorum ad Orphei lyram cum innumerosis ferarum generibus cantu deductos cecinit. *Ubi cod. Pithoeanus pergit:* De Orpheo. Orpheus citharista erat Aeneae (Aenius *Berger*) et quintus citharista in Graecia. Postmodum Eurydice uxor ipsius a serpente percussa mortua erat, et paene insanus factus est et in silvis lyram percutiebat et bestiae ad audiendum lyram ipsius veniebant. 4 (1)

Ib. III 3 p. 246 H. Hydra anguis armatus fuisse describitur, quae Eurydicen coniugem Orphei in ripa fluminis capite truncavit et demersit in gurgitem et sicut Scylla monstris ita et haec serpentibus praecincta fuisse fingitur. *Dubitanter huc rett. Bhr.* 5 (p.365 *adn.*)

II ILIACON

atque Helenae timuisse deos 6 (7)

Schol. Stat. Theb. 3, 641 Lucanus Iliacon: atq.-deos.

Haud aliter raptum transverso limite caeli 7 (8)
flammati Phaethonta poli videre deique,
cum vice mutata totis in montibus ardens
terra dedit caelo lucem naturaque versa.

r*Ib. 6, 322* monebat . . . Phaethontem Sol, ut non ageret currus peo australem aut septentrionalem plagam. Lucanus de Phaeth*h*nte in libro qui inscribitur Iliacon ita: Haud — versa **1** caeci *Br.*, anheli *Scal.* **2** flammatum *Scal.*, flammari *Postgate* **3** totis cum *Barth. Cf. Phars. 2, 410 sqq.* (transverso limite *412*).

III CATACHTHONION

8 (9) Thebais Alcmene, qua dum frueretur Olympi
rector, Luciferum ter iusserat Hesperon esse.

Ib. 9, 424 hoc contigit, cum Hercules nasceretur; nam tres a Luna continuatae sunt noctes. Lucanus in Catachthonio: Theb. — esse.

IV EPIGRAMMATA

9 (10) Nemo nimis cupide sibi rem desideret ullam,
ne cum plus cupiat perdat et hoc quod habet.

Vinc. Bellov. spec. doctr. IV c. 157 (*non vidi*) de cupiditate secundum poetas . . . ut Lucanus: Nemo — habet.

---

10 (11) Si nec pedicor, Cotta, quid hic facio?

Mart. 10, 64, 5 (*ad Pollam Lucani viduam*) Ille tuus vates . . . non tamen erubuit lascivo dicere versu: Si — fac.

V FRAGMENTA INCERTAE SEDIS[1]

11 (—) Saepe mora melior

Schol. Stat. Theb. 3, 719 ipsa enim tarditate bello proficitur ut Lucanus: Saepe — mel.

---

12 (—) – ◡ ◡ Tarpeiam ⟨saevus⟩ cum fregerit arcem
Brenn[i]us

Matthaei Parisiensis Chronica maiora (*ed. HRLuard Rer. Brit. med. aevi Script. 57, 1 London 1872*) *p. 59* Brennus, de quo etiam Lucanus poeta eximius sic dixit: Tarp.-Brenn. hoc est Capitolium. **1** saevus *supplevi, ne versus caesura careret, expectes* frangeret. **2** Brennius *forma inaudita. Cf. Luc. Phars. 5, 27* Tarpeia sede perusta Gallorum facibus. *Mihi innotuit hoc frgm. e Gundermann-Goetz, Trogus u. Gellius bei Radulfus de Diceto* (*Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. 78, 2 Lpz. 1926, p. 5*).

---

1 Fragmenta inc. 4—8 Hos. ut nimis incerta omisi.

Consent. V 400 K. similis ratio in diaeresi et episynaliphe . . . 13(—)
Lucanus ait: dixisse Phoebos. *Cf. L. Mue. De re metr.*[2] *p. 310 de Phars. 2, 51* Aquilone Suebus *cogitantem.*

Fulg. myth. 1, 21 p. 32 H. Gorgonas dici voluerunt tres, qua- 14(12)
rum prima Stenno, secunda Euriale, tertia Medusa, quarum . . . fabulam Lucanus et Ovidius scripserunt poetae. *'Fort. tamen hoc frgm. ad carminis epici versus 9, 619 sqq. spectat' Hosius.*

NERO IMPERATOR

I E LIBRO PRIMO

Quique pererratam subductus Persida Tigris 1
deserit et longo terrarum tractus hiatu
reddit quaesitas iam non quaerentibus undas.

Adnot. super Lucan. 3, 261 (p. 99 E) Tigrim . . . de hoc ait in primo libro Nero: Quique — undas.

II EX INCERTIS LIBRIS

Colla Cytheriacae splendent agitata columbae 2

Sen. nat. 1, 5, 6 ut ait Nero Caesar disertissime: Colla — col.

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis 3 (4)
et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris et lyncem maenas flexura corymbis
euhion ingeminat, reparabilis adsonat echo.

Pers. 1, 99—102 ubi schol.: hi versus Neronis sunt. 1 *Diom. I 499 sine poetae nomine* inflatur tibia *scribens. Itaque 'hunc versum a Nerone scil. imitando expressum alicui Catulli sodali esse dandum' suspicatus est Bhr.* 4 adsonat echo *clausula Ov. met. 3, 507.*

Claudere sic versum didicit 'Berecynthius Attis' 4 (3;
et 'qui caeruleum dirimebat Nerea delphin', 5; 6)
sic 'costam longo subduximus Appennino'.

Ib. 93—95 ubi schol. (p. 269 J.): dicit hos versus Neronis.

---

5 (7) Sub terris tonuisse putes

Suet. vita Lucani p. 333 Hos.[3] adeo ut quondam in latrinis publicis clariore cum crepitu ventris emissi hemistichium Neronis magna consessorum fuga pronuntiaverit: Sub — putes.

---

6 (8) *Plin. nat. 37, 50* Domitius Nero in ceteris vitae suae portentis capillos quoque Poppaeae coniugis suae hoc nomine (*sc. sucini*) adoptaverat quodam etiam carmine sucinos appellando. *Cf. Mart. 9, 26, 9 ad Nervam:* Ipse tuas etiam veritus Nero dicitur aures lascivum iuvenis cum tibi lusit opus *et Plin. epist. 5, 3, 6 enumeratis poetis:* Neronem enim transeo.

---

7 (—) *Tac. ann. 15, 34* ergo per compositos campos grates dis atque ipsam recentis casus fortunam celebrans . . . apud Beneventum . . . consedit

---

8 (9) *Suet. Nero 24* Aurigavit quoque plurifariam, Olympiis vero etiam decemiugem, quamvis id ipsum in rege Mithradate carmine quodam suo reprehendisset.

III TROICA

9 (10) *Serv. georg. 3, 36* Cynthium regem Troiae, quem in Troicis suis Nero commemorat.

---

10 (11) *Id. Verg. Aen. 5, 370* sane hic Paris secundum Troica Neronis fortissimus fuit, adeo ut in Troiae agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem. Qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum: quod adlatis crepundiis probavit qui habitu rustico adhuc latebat. *Euripidis Alexandro fonte videtur usus esse Nero.*

VERSUS POPULARES IN NERONEM EIUSQUE SUCCESSORES

1 Quis negat Aeneae magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus, 2
noster erit Paean, ille Hecatebeletes.

Roma domus fiet: Veios migrate, Quirites, 3
si non et Veios occupat ista domus.

Suet. Nero 39 multa Graece Latineque proscripta aut vulgata sunt sicut illa: *1. 2. 3*

Disce, miles militare: Galba est, non Gaetulicus. 4

Id. Galba 6 A Gaio Caesare <... in locum Gaetu> lici substitutus ... plaudentes inhibuit ... statimque per castra iactatum est: Disce — Gaet.

Cur Otho mentito sit, quaeritis, exul honore? 5
uxoris moechus coeperat esse suae.

Id. Otho 3 mimum ... qui ... hoc disticho enotuit: Cur — suae.

Nuper Tarpeio quae sedit culmine cornix 6
'est bene' non potuit dicere, dixit 'erit'.

Id. Dom. 23 Ante paucos quam occideretur menses cornix in Capitolio elocuta est *ἔσται πάντα καλῶς*, nec defuit qui ostentum sic interpretaretur: Nup. — erit.

De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos. 7

Tert. apol. 35, 7 Si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam natura obduxisset, cuius non praecordia insculpta adparent novi ac novi Caesaris scenam congiario dividundo praesidentis, etiam illa hora qua adclamant: De — annos. *Ov. fast. 1, 613* (Iuppiter) augeat imperium nostri ducis, augeat annos *cft. Rauschen.*

P. PAPINIUS STATIUS

De bello Germanico

lumina: Nestorei mitis prudentia Crispi
et Fabius Veiento — potentem signat utrumque
purpura, ter memores implerunt nomine fastos —
et prope Caesareae confinis Acilius aulae.

Valla ad Iuv. 4, 94 Acilius Glabrionis filius consul (*a. 91*) sub Domitiano fuit, Papinii Statii carmine de bello Germanico quod Domitianus egit probatus: lum. — aulae. *Cf. Bue. Rh. Mus. 39* [*1884*] *283.* **1** 'lumina *ex prioribus pendet*' *Bhr.*

SULPICIA

Si me cadurci restitutis fasciis
nudam Caleno concubantem proferat.

Probus Vallae ad Iuv. 6, 537 de cadurco: est instita qua lectus intenditur. Unde ait Sulpicia: Si — prof. **1** Sulpicia: si me *Bue.:* Sulpicius ne *Valla* (ne me *Pithoeus.*) cadurci *Muncker:* cadurcis. destitutam *Pith.*, dissolutis *Bue.* **2** *sic Pith:* nudum Calveno concubentem *Valla.* proferas *Muncker. Calenus Sulpiciae maritus erat, v. ex. gr. R. E. III 1351 . Optat ut sibi lectus genialis nescio qua de causa turbatus restituatur.*

TURNUS

Ex quo Caesareas suboles Lucusta cecidit,
horrida cura sui † verna nota Neronis.

Schol. Iuv. 1, 71 Lucusta quaedam fuit in Galliis matrona venefica quam Nero exhibuit ad se propter venena conficienda, quoniam magnae famae erat. Quam etiam in magna familiaritate sua habuit, ut etiam eum doceret venena miscere. Inde ait Turnus in satura: Ex — Ner. **1** qua caes. sob. horr. loc. occidit P, *om. apud Vallam.* **2** nota virtute Ner. *coni. Leo.*

L. VERGINIUS RUFUS

Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
imperium adseruit non sibi sed patriae.

Plin. epist. 6, 10, 4 at ille (Rufus) mandaverat caveratque ut divinum illud et immortale factum versibus inscriberetur: Hic — patr. *Id. 9, 19, 1.*

SENTIUS AUGURINUS

Canto carmina versibus minutis,
his olim quibus et meus Catullus
et Calvus veteresque, sed quid ad me?
Unus Plinius est mihi priores.
Mavult versiculos foro relicto
et quaerit quod amet putatque amari.
Ille o Plinius, ille quot Catones!
I nunc quisquis amas, amare noli!

Plin. epist. 4, 27, 3 nam lemma sibi sumpsit (Augurinus) quod ego interdum versibus ludo . . . et iam explicui: Canto-noli! **6** amari Doux, amare BFMa, iuvatque amari V, probatque amari *Casaub.*, petatque amari *Bhr.* 7 *o om.* BFa. quot *Barth:* quod.

C. PLINIUS CAECILIUS SECUNDUS

Cum libros Galli legerem, quibus ille parenti 1
ausus de Cicerone dare est palmamque decusque,
lascivum inveni lusum Ciceronis et illo
spectandum ingenio quo seria condidit et quo
humanis salibus multo varioque lepore
magnorum ostendit mentes gaudere virorum.
Nam queritur quod fraude mala frustratus amantem
paucula cenato sibi debita savia Tiro
tempore nocturno subtraxerit. His ego lectis
'Cur post haec', inquam, 'nostros celamus amores
nullumque in medium timidi damus atque fatemur
Tironisque dolos, Tironis nosse fugaces
blanditias et furta novas addentia flammas'?

Ib. 7, 4, 3 Legebantur in Laurentino mihi libri Asini Galli de comparatione patris et Ciceronis; incidit epigramma Ciceronis in

Tironem suum . . . his versibus exaravi: Cum — flamm. **2** dare est *Casaub.*: daret *codd.*, *quod defenderunt nonnulli pro* ausus *ex. gr.* plausus (*Pontanus*) *scribentes.* **11** nullique *Casaub.*

---

2 Ut laus est cerae, mollis cedensque sequatur
si doctos digitos iussaque fiat opus
et nunc informet Martem castamque Minervam,
nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum,
utque sacri fontes non sola incendia sistunt,
saepe etiam flores vernaque prata iuvant:
sic hominum ingenium flecti ducique per artes
non rigidas docta mobilitate decet.

Ib. 7, 9, 10 atque adeo (cur enim te ad versus non versibus adhorter?): Ut — dec. **8** rigida doctas *Bhr.*

FLORUS

Ego nolo Caesar esse,
ambulare per Britannos,
latitare per . . .
Scythicas pati pruinas.'

Spart. Hadr. 16 Floro poetae scribenti ad se: Ego — pruin. rescripsit . . . *Tetrametros trochaicos Floro attributos v. Anth. Lat. ed. Riese* I^2 *p. 200 sqq.*

HADRIANUS IMPERATOR

1 Ego nolo Florus esse,
ambulare per tabernas,
latitare per popinas,
culices pati rutundos.

Ib. rescripsit: Ego — rut.

---

2 Lascivus versu, mente pudicus eras.

Apul. apol. 11 Divus Adrianus cum Voconi amici sui poetae tumulum vorsibus muneraretur, ita scripsit: Lasc. — eras.

Animula vagula blandula, 3
hospes comesque corporis,
quae nunc abibis in loca
pallidula rigida nudula
nec ut soles dabis iocos.

Spart. Hadr. 25, 9 et moriens quidem hos versus fecisse dicitur: Anim. — ioc. **3** quo — loco *Σ unde* quo — locos *Hohl*, quae — locos *Immisch, ut loci = sepulchra sit. Sed* loca *tenendum et cum* pall. rig. nud. *coniungendum.*

IGNOTI VERSUS HOR. SAT. I 10 PRAEMISSI

Lucili, quam sis mendosus teste Catone
defensore tuo pervincam, qui male factos
emendare parat versus, hoc lenius ille
quo melior vir ⟨et⟩ est longe subtilior illo,
qui multum puerum est loris et funibus udis
exhortatus ut esset opem qui ferre poetis
antiquis posset contra fastidia nostra,
grammaticorum equitum doctissimus. Ut redeam illuc . . .

Hor. sat. 1, 10 codd. familiae Φ hosce versus praemittunt, quos non Horatianos esse constat. **1** *sc. Valerio Catone.* **4** *suppl. edd.* **5** *sic Reisig:* puer et (puerum et . . . ussit *Marx*). **6** exhortatus *edd.:* exoratus. **8** *intellege Orbilium. Versus conclamatos grammatico cuidem aetatis fere Suetonianae dedit Marx in Ed. Lucil. I p. CXXX; nono p. Chr. n. saeculo Vollmer de Heirico Suetoni lectore cogitans. Nam e Suet. gramm. 2* Lucili saturas . . . legisse se apud Archelaum Pompeius Lenaeus, apud Philocomum Valerius Cato praedicant *facile concludi poterat paratam fuisse a Catone Lucili editionem. Mihi in re incertissima Marx tamen propius ad veritatem accedere videtur quam qui versiculos medii q. d. aevi poetae adsignant.*

IGNOTI VERSUS DE VII SAPIENTIBUS

'Optumus est', Cleobulus ait, 'modus' incola Lindi;
ex Ephyra Periandre doces 'cuncta emeditanda':
'tempus nosce' inquit Mitylenis Pittacus ortus:

'plures esse malos' Bias autumat ille Prieneus;
Milesiusque Thales 'Sponsori damna' minatur;
'nosce', inquit, 'tete' Chilon Lacedaemone cretus;
Cecropiusque Solon 'nequid nimis' induperavit.

Hyg. fab. 221 (p. 130 Schm.) enumeratis 7 sapientibus: sententiae eorum sunt: Opt. — ind. **2** *sic Bue.:* et med. **7** *sic Scheffer:* induperabit. *Exemplum Graecum quocum accurate concinant hi versus non tenemus; nam Anth. Pal. 9, 366 et unum versum praemittit* (*ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν, οὔνομα, φωνήν*) *et Periandro sententiam Χόλον κρατέειν* (cuncta emeditanda *noster*), *Pittaco Οὐδὲν ἄγαν, Soloni Τέρμα . . . ὁρᾶν βιότοιο attribuit. Contra epigrammatis Cougny IV 48 sententiae congruunt, ordo et forma metrica diversi sunt. Versuum apud Hyginum servatorum seram originem et prosodia arguit* (Biās *v. 4*, Milĕsius *v. 5*) *et Ausonius in comparationem vocatus, qui saepius in hac materia versatur (cf. Schenkl Ed. p. 283 s. v.* sapientes septem).

ANNIANUS

Carmina Falisca

1 Uva, uva sum et uva Falerna:
et ter feror et quater anno.

Ter. Maur. 1816 atque ille poeta Faliscus, cum ludicra carmina pangit: Uva — anno. *Anniano dedit Lachmann, cf. Gell. 20, 8, 1* Annianus poeta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam hilare atque amoeniter. **1** Uva una, set *L. Mue.*

---

2 Undae unde colonus Eoae?
a flumine venit Oronti.

Ib. 1820 libro quoque dixit eodem: Und. — Or. unde unde M, *corr. Lachmann.* undae *om. Mar. Victorin. VI 123.*

---

3 Quando flagella iugas, ita iuga,
vitis et ulmus uti simul eant:
nam nisi sint paribus fruticibus,
umbra necat teneras Amineas.

Ib. 1998 talia docta Falisca legimus: nam tibi notius hoc genus erit, carmine siquid ab hoc posuero: Quando — Amin. *Cf. Aug. mus. 4, 30 (1—2); Exc. Bob. VI 623 (1) sine auct. nom.; Mar. Victorin. VI 122 male Septimio Sereno tribuens (1—2) ut et Serv. Aen. 4, 291. v. etiam Iubam p. 304, 10 K.* **1** ligas, ita liga *Mar. Victorin. Serv.*

Versus Anniano attributus

pergat amica Venus modo iocis 4 (p.398, 115)

Mar. Victorin. VI 123 faliscorum carminum speciem ita digestam, ut e tribus dactylis et iambo ultimo ordinata subsistat velut: perg. — ioc. *Anniani vid. esse.*

INCERTI ODARIUM

Dum semihiulco savio
meum puellum savior
dulcemque florem spiritus
duco ex aperto tramite,
†anima aegra et saucia
cucurrit ad labeas mihi
rictumque in oris pervium
et labra pueri mollia,
rimata itineri transitus,
ut transiliret nititur.
Tum si morae quid plusculae
fuisset in coetu osculi,
Amoris igni percita
transisset et me linqueret
et mira prorsum res foret,
ut fierem ad me mortuus,
ad puerum ⟨ut⟩ intus viverem.

Gell. 19, 11 Platonis . . . *τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον· ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.* Hoc *δίστιχον* amicus meus *οὐκ ἄμουσος* adulescens in plures versiculos licentius liberiusque vertit . . . subdidi: Dum — viv. *Cf. Macr. sat. 2, 2, 15 sqq.* **1** dem ipse michi vicos avio *δ*, semiulco *γ Macr.* **2** meo *δ Π.* **5** an.

⟨mea⟩ *Hertz*, ⟨male⟩ *dubitanter Hosius*, *alii alia*. *Enn. Med. 254 V.*[2] animo aegro amore saevo saucia *cft. Hos.* et iam aegra ⟨amore⟩ *Camerarius* **16** ut ad me fierem *codd.*, *transpos. L. Mue.*, ut ipse f. *Bhr.* **17** *add. Scal.*, puerulum *Bue.*, at puerulo *tempt. Hosius.*

M. CORNELIUS FRONTO

1 *Schol. Verg. Bern. georg. 4, 283* hic enim (*sc. Aristaeus*) iuxta fabulam quam Fronto poeta descripsit originem gignendarum apium primus invenit.

---

2 (3) laetare bacchare praesente Frontone

Diom. I 513 K. Bacchiacum metrum est tale: laet. — Fr. *Char. ap. Rufin. VI 572 K versu citato* 'hoc mihi videtur ad prosam convenire'.

M. AURELIUS IMPERATOR

Nos istic vehementer aestuamus

Fronto p. 30 N. Nos — aest. habes en hendecasyllabum ingenuum. Igitur, priusquam poetare incipio, pausam tecum facio.

APULEIUS

I LIBER LUDICRORUM

1 Sed fuisti quondam Athenis parcus atque abstemius.

Non. p. 68 M (96 L) Abstemius . . . Apuleius in libro Ludicrorum: Sed — abst.

---

2 Calpurniane, salve properis versibus.
Misi, ut petisti, ⟨tibi⟩ munditias dentium,
nitelas oris ex Arabicis frugibus,
tenuem candificum nobilem pulvisculum,
complanatorem tumidulae gingivulae,
converritorem pridianae reliquiae,
ne qua visatur tetra labes sordium
restrictis forte si labellis riseris.

Apul. apol. 6 legerunt e ludicris meis epistolium de dentifricio versibus scriptum ad quendam Calpurnianum . . . petisse eum a me aliquid tersui dentibus versus testantur: Calp. — ris. 2 *add. Dousa,* mundicinas *Lipsius* 7 tabes *Bhr.* compl. *et* conv. (*5 et 6*) *ἄπ. εἰρ.*

Et Critias mea delicia est et salva, Charine, 3
pars in amore meo, vita, tibi remanet;
ne metuas, nam me ignis et ignis torreat ut vult:
hasce duas flammas dum potiar patiar.
Hoc modo sim vobis, unus sibi quisque quod ipse est,
hoc mihi vos eritis, quod duo sunt oculi.

Ib. 9 Pueros Scriboni Laeti amici mei carmine laudavi . . . recitem denuo, ut sciant me eorum non pigere: Et-oc. 1 mea del. *sing. Plautinum.*

Florea serta, meum mel, et haec tibi carmina dono, 4
carmina dono tibi, serta tuo ingenio,
carmina uti, Critia, lux haec optata canatur,
quae bis septeno vere tibi remeat,
serta autem ut laeto tibi tempore tempora vernent,
aetatis florem floribus ut decores.
Tu mihi des contra pro verno flore tuum ver,
ut nostra exuperes munera muneribus:
pro implexis sertis complexum corpore redde
proque rosis oris savia purpurei.
Quod si animam inspires donaci, iam carmina nostra
cedent victa tuo dulciloquo calamo.

Ib. recitem nunc et alios, quos illi quasi intemperantissimos postremum legere: Flor. — cal. 3 lux exoptata *Brantius.* 7 des *Krueger:* das (da *vg.*). 11 animam *Colvius:* animum. donaci *Haupt:* dona &.

De proverbiis liber II

mutmut non facere audet. 5 (6)

Char. 314 B (240 K) Mutm. — aud., ut apud Apuleium Platonicum de proverbiis scriptum est libro II. *Hexametri clausulam*

statuit Bhr., sed utrum 'ex antiquiore poeta sit sumptus an ipsius Apulei' dubius haeret. Praetulit illud Crusius Rh. Mus. 44 [1889] 458.

E Graecis conversa

6 (5) Montis in excelsi scopulo, rex, siste puellam
ornatam mundo funerei thalami.
Nec speres generum mortali stirpe creatum,
sed saevum atque ferum vipereumque malum,
quod pinnis volitans super aethera cuncta fatigat
flammaque et ferro singula debilitat,
quod tremit ipse Iovis, quo numina terrificantur
fluminaque horrescunt et Stygiae tenebrae.

Apul. met. 4, 32 Apollo . . . sic Latina sorte respondit: Mont. — ten. **6** saecula *Heinsius.* **7** quo *Weyman:* quod. nubila *et* **8** luminaque *Sittl, alii alia.*

---

7 (—) soli perspicua est, aliorum nemo tuetur

Id. Socr. 11, p. 19 Th. Minerva . . . Achilli moderando iussu Iunonis advenit: sol — tuet. *Cf. Il. A 198* οἴῳ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο. *Praeterviderunt hoc frgm. et Bhr. et Tolkiehn.*

POETA EPICUS, FORTASSE CLEMENS

eois regnator aquis in flumina centum
discurrit, centum valles illi oraque centum,
oceanique fretis centeno iungitur amni.

Apul. flor. 6 p. 6 H. nec quod Ganges apud eos (*scil. Indos*) unus omnium amnium maximus 'eois — amni'. *Cf. ib. 7 p. 8 H.* Alexandri multa sublimia facinora . . . quae omnia adgressus est meus Clemens, eruditissimus et suavissimus poetarum, pulcherrimo carmine inlustrare. *Unde versus de Gange confectos Clementi adsignavit F. Marx, recte me iudice, nam ubi aptius poni poterant quam in Alexandriade? Agebat poeta de India universa, quamquam Macedones Gangen non attigerunt.*

ALPHIUS AVITUS

LIBRI EXCELLENTIUM

(*Cf. Ter. Maur. 2448* ut pridem Avitus Alfius libros poeta plusculos usus dimetro perpeti conscribit excellentium.)

Liber I

Marite, si sanguis Curis, 1
Sabina si caedes placet,
in me, oro, convertas manus.

Prisc. I 134 H. in adnot. Alpheus tamen Avitus in I excellentium Curis posuit pro Quiris: Mar. — man. **2** caedes *Bondamus:* cedes *vel* sedes. *Cf. Liv. 1, 13, 3 de mulieribus Sabinis:* in nos vertite iras.

Liber II

Tum litterator creditos 2
ludo Faliscum liberos
causatus in campi patens
exteraque muri ducere
spatiando paulatim trahit
hostilis ad valli latus.

Ib. 427, in o supina tam corripiunt quam producunt auctores . . . Alphius Avitus in II excellentium: Tum — lat. *Cf. ib. 409 et II 233.* **1** creditos *Schott:* creditus (-tur D). *4 sic Lachmann:* extraque. **5** *cf. Liv. 5, 27, 2* (*ubi tota historiola narratur*): modo brevioribus modo longioribus spatiis trahendo.

Seu tute malis hospites 3
seu tute captivos habes.

Ib. 591 (*tute*) Alphius Avitus in II excellentium: Seu — hab. **1** mavis obsides *Valesius.* **2** capt., habe *Schott.*

MARIANI LUPERCALIA

Sed diva flava et candida
Roma, Aesculapi filia
nomen novum Latio facit
quod conditricis nomine
Romam sub ipso omnes vocant.

Philarg. Verg. ecl. 1, 19 (p. 19 H) Roma et ante Romulum fuit et ab ea sibi nomen adquisisse Marianus Lupercanorum poeta sic ostendit: Sed — voc. *1—3 sic habet utraque Philargyrii recensio:* sed de flavo et cano ita Roma Aescul. f. novum nomen Latio facit. *4—5 rec. I sic currunt:* quod cond. nom. ab ipso omnes Romam vocant, *II:* quod ab ipso nomine omnes Romam vocant. *Dimetros restituit Scal.* **1** *cf. Catull. 68, 70* mea . . . candida diva.

SEPTIMIUS SERENUS

OPUSCULA RURALIA

Liber I

1 Aut zonulam aut ricam aut acum.

Non. p. 539 M (865 L) Rica est quod nos sudarium dicimus . . . Serenus Opusculo (-orum *Mue.*) lib. I: aut zon. aut acum aut ricam. *Transpos. Mue.* (*rīca*).

Liber II

2 (3) non dignus in quem debeam
saturam calentem viribus
ingerere ut ad partes ⟨eat⟩.

Schol. Iuv. 4, 2 ad partes quasi comoediae quae multae sunt in una, aut ad partes quasi convivii et copulationis mensae. ita et Serenus libro II ait: non — ⟨eat⟩ **2** calentem *Bue.:* calente **3** *dedi sec. Leonem.*

---

3 (2) occatio occaecatio est

Non. p. 61 M (86 L) Serenus: occ. — est. *Cf. Cic. Cato 15, 51.*

Ex incertis libris

-- semiremex Herculis 4

Serv. Aen. 5, 116 nominativus 'remex', Serenus: sem. — Herc.

⏓ – ⏑ suave sibilum 5

Non. p. 223 M (331 L) Sibilum neutro ut apud Serenum: s. s.

Inferis manu sinistra 6
immolamus pocula.
Laeva quae vides Lavernae,
Palladi sunt dextera.

Schol. Barth. Stat. Theb. 4, 502 quod inferis diis laeva manu immolaverint indicat, quod ad poculenta tamen solum intellegimus ut scriptum est apud Serenum: Inf. — dext. *1—2 sine poetae nomine Lact. Plac. ad loc.* **1** sin. manu *Lact.*

---

pusioni meo 7
septuennis cadens

Diom. I 518 K. Serenus mirum comma huius modi fecit in his versiculis: pus. -— cad. **1** pusioni M *man. sec.*, iusioni M, visioni A B. **2** septuenis A B M, cadus *Scioppius. Sunt cretici.*

---

ad mercatum eo, vilice: 8
quid vis inde vehi aut agi?

Non. p. 431 M (695 L) Serenus Opusculis: ad — agi. *Ib. p. 212 M (313 L)* Serenus Ruralibus (1). *glyconei, cf. ad fr. 11.*

---

geritque intus in oppidum 9
anhelos Panopae greges.

Ter. Maur. 2627 sqq. hoc de Septimii potes iunctis noscere versibus: ger. — greg. **1** agitque *Schrader, sed de piscibus loquitur poeta. Glyconeorum basis iambica.*

---

10 inquit amicus ager domino:
si bene mi facias memini.

Ib. 1975 sqq. Septimius docuit quo ruris opuscula libro hoc genere adsiduc cecinit; ponere pauca mihi sat erit: inquit — mem.

---

11 Pinea brachia cum trepidant
audio canticulum zephyri

Ib. pergens: Pin. — zeph. 2 audiŏ *ut* eŏ *fr. 8.*

---

12 labiumque insigne revellit

Non. p. 210 M (310 L) Labium neutri generis. Serenus in opusculis: lab. — rev.

---

13 callet senium arte bibendi

Ib. p. 258 M (393 L) Serenus in Opusculis: call. — bib. bibendi *Bentinus:* vivendi, *quod si tenes, hexameter in* arte *exiit. Ars vivendi Thes. l. L. II 667, 54—63.*

---

14 culicellus amasio Tulle

Diom. I 514 K. hoc Serenus novum fecit hoc modo: cul. — Tulle. amasie M, acmasio A B. Tullae *Wernsdorf.* cul. *ἅπ. εἰρ.*

---

15 rure puella vagat virido

Non. p. 467 M (749 L) vagas pro vagaris . . . Serenus in Opusculis: rure — vir.

---

16 animula miserula properiter obiit

Diom. I 513 K. Proceleumaticum metrum est quale fecit Serenus: an — ob. propter iter obit A M, p. i. robit B, *corr. Lachmann* abiit *scribens*; abit *Non. p. 517 M (831 L) verba per errorem Catullo attribuens.*

---

perit abit avipedis animula leporis 17

Mart. Cap. 5, 518 penitus fugiendum breves syllabas continuare quam plures ut est illud Sereni: per. — lep. perit avita vipedis *codd., corr. Scal. Sine auct. nom. habent Ter. Maur. 1464* (alipedis M), *Mar. Victorin. VI 99 et 147 K.* avip. ἅπ. εἰρ.

---

et nihil est quod amem Flaminia minus 18

Mall. Theod. VI 590 K. ut est illud Sereni: et — min. flaminia minus P *et Iulianus Tolet. p. 52 ed. Rom.*, flamiamuni A. *Viam Flaminiam respici putaverunt Wernsdorf et Bue., qui ruris amatorem loqui auctor est (Rh. Mus. 39 [1884] 289).*

---

cedo, testula trita solo curret tibi per speculumPanope. 19

Diom. I 511 K. Anapaestus qui ex pedibus anapaestis constat talis est in Sereno: cedo — Pan. cede A B, caelo M, *corr. Scal.* testula A M, celtula B. trita solo *Scal.*: trita sol occurrit A M, solem curret B. salo *Bhr. Min. Fel. 3, 5 cft. Bue. l. c.*

---

qui navigium navicula aufers Picenae marginis acta 20

Ib. 517 Serenus fecit huius modi versum: qui — acta. superius comma est ex anapaestio chorico, . . . inferius . . . simile est illi 'Troiae qui primus ab oris'. a funicula *Bhr.*

Pingere conlibitum est: graphidem date, promite bolarium 21

Ib. pergens Sereni aliud tale est: ping. — bol. . . . tetrametrum heroum . . . dimidium elegiaci. volarium *codd.*, '*fort.* bol. *h. e.* βωλάριον' *Keil.*

---

quod si tibi virgo favens reseret cita claustra puerperii 22

Ib. 518 K. Sereni aliud tale: quod — puerp. hic si primum semipedem detrahas, erit simile proximo superiori (*sc. fr. 21*). favens *Wernsdorf:* fervens (furens *Keil*). *De claustris puerperii cf. Thes. l. L. III 1322, 73.*

---

23 Iane pater, Iane tuens, dive biceps biformis,
o cate rerum sator, o principium deorum,
stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
cui reserata mugiunt aurea claustra mundi,
tibi vetus ara caluit aborigineo sacello.

Ter. Maur. 1891 sqq. dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper ancipitem tali cantavit carmine Ianum: Iane — mundi. *Sequitur metri explicatio (1897—1899), tum (1900)*: tibi — sac. *Cf. Mar. Victorin. VI 86 (v. 2). 127 (v. 4); 128 et 147 (v. 5).* 4 templa *Mar. Victorin. 127.* 5 *adiect.* abor. *ἄπ. εἰρ.*

---

24 *Serv. Aen. 2, 15* Instar nomen est indeclinabile . . . et caret praepositione sicut peregre, quamvis Serenus lyricus 'ad instar' dixerit. *Cf. etiam ib. 12, 923.*

---

25 *Ib. 6, 289* Serenus tamen dicit poeta Gorgonas puellas fuisse unicae (*sic Bhr.:* unius) pulchritudinis. quas cum vidissent adulescentes stupore torpebant; unde fingitur quod siquis eas vidisset vertebatur in lapidem.

---

26 *Ib. 9, 759* 'poples' autem 'po' correpta est sicut in Sereno legitur; sed producitur positione.

IULIUS VALERIUS

E Graecis conversa

1 Haec tibi, rex, Phoebus lunatis cornibus edo:
Nomen si pergis aevo celebrare perenni,
urbs tibi condenda est qua stat Proteia tellus
praesidet et numen cui Ditis mundipotentis
vertice quinqueiugo rerum secreta gubernans.

Iul. Val. 1, 23 p. 32 K. (*Alexander*) per somnium sic eiusdem dei (*sc. Ammonis*) adloquio fruitur: Haec — gub. *Cf. Ps. — Callisth. I 30, 6 (= I 33, 2)* *Ὦ βασιλεῦ, σοὶ Φοῖβος ὁ μηλόκερως ἀγορεύω· εἴγε θέλεις αἰῶσιν ἀγηράντοισι νεάζειν, κτίζε πόλιν περίφημον ὑπὲρ Πρωτηίδα νῆσον, ἧς προκάθητ' Αἰὼν Πλουτώνιος αὐτὸς*

ἀνάσσων πενταλόφοις κορυφαῖσιν ἀτέρμονα κόσμον ἑλίσσων. **1** *Val.* *μηνόκερως legit* (*Kroll*) **2** *malim* pervis (*θέλεις*). **4** mundi potentius T P, *corr. Kroll.*

Prae cuncta vitae commoda est mortalibus 2
de fine ⟨vitae semper esse⟩ nescium
quibusque metis fata claudantur sui.
Mens quippe homulli non videt variantia
quot haec reformet perpes aeviternitas.
Nam si facessat casuum scientia,
laeta est timoris omnis ignoratio.
Quare id putato tute commodissimum,
si spes futuri nullo foedetur metu.
Ergo hisce quae fas instruere ut praescias.
Tu nam levatus nostra praepotentia
quaecumque gens sit obvia sternes manu
tuncque haec revises animo, liber artubus.
Urbs vero, quam nunc erigis mundi decus,
nitore surget cunctis exoptabilis
saeclis, virescens temporum recursibus
unaque semper fulta beatitudine,
frequens deorum templis atque numine
decusque vincens civium concordia.
Optata sedes vitae . . . .
. . . . letum capit
cunabulisque gratior genitalibus.
Quippe ipse laetis coetibus praesul cluo
interminatis saeculorum cursibus,
fundata quod sit tellus hisce legibus,
ridens sereno vel corusco lumine.
Quippe austri solum sontibus iam libera
flabris, fovetur blandius spirantibus,
ne quis potentum seu vis ulla daemonum
exim noceret imperioso numine.
Est namque fatum motibus nutantibus
telluris huius penita contremiscere
famemque nosse celere perfunctam metu,

tractus luales atque bella percita.
Enim facessent ista ceu si somnium.
⟨Te semper⟩ reges multigenarum gentium
honore divum summo cultu exambient
astris receptum caelitumque congregem,
quorum frequente cultu sis beatior
tuosque praestas numine augustissimo.
Haec quippe sedes corpori est caelum tuo.
Nunc ipse quis sim mente bibula percipe
nomenque nostrum ⟨ex⟩ hisce numeris collige:
Sub Graia primum biscentena littera
unum repone numerum et centum dehinc
unumque post id, tunc quater viginti sint
decemque iuxtim eaque sit novissima,
quae prima fixa est idque sit nomen mihi.

1, 31 p. 41 K. Cf. Ps.-Call. I 33, 11 Ἄλυπόν ἐστι καὶ καλὸν καὶ τίμιον θνητὸν γεγονότα μὴ προειδέναι, πότε ἔστιν τὸ τέρμα τῆς τελευτῆς τοῦ βίου. βροτοὶ γὰρ ὄντες οὐ νοοῦσιν ἐν φρεσὶν ἀθάνατον εἶναι τὸν βίον τὸν ποικίλον ὅταν ἔχωσιν ἄγνοιαν τῶν συμφορῶν. τὸ δ' αὐτὸ καὶ σὺ τοῦτο κάλλιστον δόκει, τὸ μέλλον εἴ σοι μὴ προειδέναι φίλον. ἐπεὶ δ' ἐρωτᾷς αὐτὸς ἐκμαθεῖν θέλων, ἔνεστι· πεύσῃ συντόμως οὕτω τόδε. σὺ μὲν ταγαῖσι ταῖς ἐμαῖς νέος γεγὼς τὰ φῦλα πάντα καθυποτάξεις βαρβάρων . . . † ἥξεις δὲ πόλιν ποθητὴν κόσμου κόσμον ἔνθεον. καιρῶν δὲ πλείστων καὶ χρόνων προβαινόντων καὐτὴ προβήσετ' ἐν ἀγαθοῖς, κοσμουμένη ναοῖσι πολλοῖς καὶ τεμένεσι ποικίλοις κάλλει τε μεγέθει τῶν ὄχλων εὐπληθείᾳ. καὶ πᾶς ἐς αὐτὴν εἰσελεύσεται μένειν τῆς πρὶν τεκούσης ἐκλελησμένος γύης. ἐγὼ δὲ ταύτης προστάτης γενήσομαι ἔθε . . . προκαθίσας † ἀοράτοις τὴν γῆν † ἑδράσας καὶ τάξας πόλον μένειν, βυθοὺς ἁπλώσας καὶ τὸ πῦρ ἐκφοιβάσας, νότον δὲ θαμβῶν μὴ πνέειν δυσήμερον, ὅπως τὰ χαλεπὰ τῶν πονηρῶν δαιμόνων μηδὲν δυνηθῇ διαταράξαι τὴν πόλιν. σεισμὸς γὰρ ἔσται πρὸς ὀλίγον λιμός θ' ἅμα λοιμός θ' ὁμοίως, πόλεμος οὐ βαρὺς φόνῳ, ἀλλ' ὡς ὄνειρον διαδραμοῦνται τὴν πόλιν. πολλοὶ δὲ διὰ βίου σε πάντῃ πάντοτε καθὼς θεὸν γεγονότα προσκυνήσουσιν. σὺ δ' ἀποθεωθεὶς προσκυνηθήσῃ θανὼν καὶ δῶρα λήψῃ βασιλέων, σὺ πάντοτε οἰκήσεις αὐτὴν καὶ θανὼν καὶ μὴ θανών. τάφον γὰρ ἕξεις αὐτὸς ἣν κτίζεις πόλιν. † πείσω δὲ Ἀλέξανδρε τίς πέφυκ' ἐγώ. δὶς ἑκατὸν ἤδη καὶ μίαν ψῆφον σύνθες, εἶθ' ἑκατὸν ἄλλας καὶ μίαν, † τετράκις εἴκοσι καὶ δέκα, λαβὼν δὲ πρῶτον γράμμα ποίησον ἔσχατον.

καὶ τότε νοήσεις τίς πέφυκ' ἐγὼ θεός. **2** *suppl. Skutsch in editionis Kueblerianae exemplari suo.* **5** quot *scripsi*: quod. reformet . . . aeviternitas T, reformat . . . aevi aeternitas *cett.* **23** cluo *Kroll*: Chao A, laetis coeptis praesul civicis *cett. interpolationem perpessi.* **26** *sic* A, rides *cett.* **27—28** *v. Kroll Rhein. Mus. 70, 595, 1.* **36** *suppl. Schlee 44.* sc *Σάραπις, v. Dornseiff, Das Alphabet in Mystik u. Magie*[2] *p. 92*

Caerulea hinc cilii Saturnius adnuit arce, 3
aurea caesaries quam cingit nutibus almis.

1, 32 p. 43 K. Tunc Parmenioni architecto laborandi scilicet simulacri cura mandatur, ut ne illis Homeri versibus demutaret qui sic loquuntur: Caer. — alm. *Cf. Il. A 528 sqq. ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων· ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος.* **1** caerulea hinc *A. Mai:* caerula tunc. cilii *Volkmann Jahrb. f. Phil. 141, 790:* coli *vel* illi *codd.*, **2** *sic dubitanter Polle apud Volkm. p. 799:* que signat motibus.

Hinc primus extat Aeacus Iovis proles 4
atque inde Peleus Phthiae regna possedit,
quo tu subortus inclyta cluis proles.
Pyrrhusque post id nobile adserit sanguen,
quem subsecuta est Pieli fama non dispar;
Pielique proles Eubius dehinc regnat.
Post Nessus ardens excipit domus nomen
Argusque post id, qui potens fuit Xanthi;
ex hoc Arete nobilis genus ducit.
Areta natus Priami nomen accepit,
Tryinus unde et Eurymachus post illum,
ex quo Lycus fit dives et dehinc Castor.
Castore natus est Dromon, qui dat Phocum.
atque hinc suborta est Metrias, quae suscepit
Neoptolemei nominis vicem dignam,
cui substitutus Charopus; hic Molossorum
regni potitus auctor extitit stirpis
nostrae . . .
. . . eritque viscus inclytum matris,

e qua subortus vestro sanguini adnector,
quaesoque nomen adseras tuum nobis
bellisque praestes gloriasque subtexas
velut feracis seminis . . . fructum,
quod cuncta late spatia terrae pervadat;
ultraque metas nostra fac Phaetonteas
regna explicari mundus adserat cunctus.

1, 46 p. 57 K. et p. 48, 30 sqq. Kroll, qui hosce versus pro deperditis Ps.-Callisthenis in huius textum recepit. praecipue tamen Achillem veneratur ac rogat uti sibi et ipse faveat et dona quae ferret dignanter admittat; haec enim a sese non ut ab externo et superstitioso, verum ut consanguineo ac religioso dedicari: Hinc — cunctus. **5** pieri *et* **6** pierique *codd., corr Mai* . **8** *'quem Xanthum dicat obscurum' Kroll* **11** et ‹est› *Radermacher* **18** *'exciderunt nomina Alcetae et Neoptolemi' Kuebler* **19** eritqui *T*, sicque A, *an* seritque? viscus T, iustum *cett.* **23** seminis ‹curans› *ex. gr. Skutsch in exemplari suo.* **25** *sic ego:* unaque metis *et mox* Phaetonteis.

---

5 Maiugena Alcides et Pollux caestibus auctor
arte sua Thebis reditum cultumque dedere.

1, 53 p. 64 K. Thebani . . . sciscitatum Apollinem mittunt, ecquid sibi redintegrare urbem Thebanam fata permitterent. Ad haec igitur huiusmodi Apollinis est responsum: Mai. — ded. ***Cf. Ps.-Call. I 47, 1 (= I 47, 8)*** *Ἑρμῆς καὶ Ἀλκείδης καὶ ἱμαντομάχος Πολυδεύκης οἱ τρεῖς ἀθλήσαντες ἀνακτίσουσί σε, Θήβη.*

---

6 Multigenasque urbes hominum moresque notavi

3, 48 p. 156 K. (in Aristotelis ad Alexandrum litteris) Certe illud tibi iam Homericum adest quod illic sapientissimus gloriatur: Mult. — not. *Cf. Ps.-Call. p. 127, 27 Kr. (Od. α 3) πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.*

---

7 Quique novum cernunt Hyperiona quique cadentem

Ib. paulo infra: quodque uno ille versu percucurrit: Quique — cad. *Cf. l. c. p. 128, 3 (Od. α 24) οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ’ ἀνιόντος.*

Accipe quae regis sedes cultusque dicetur: 8
Urbs colitur Nili propter umbrosa fluenta,
aequoris in gremio, cereali dives anona,
nomine Amazonidos quae dicitur inclyta Memphis.
Hic sibi templa dari sacrata sede recepto
iussit cornigeri genitus sub honore Lyaei.

3, 56 p. 164 K. Deusque (*sc. Iuppiter Babylonius*) interrogatus sic ait: Acc. — Ly. *Cf. Ps.-Call. III 34, 3 ubi oraculum pedestri sermone redditur: Αὐτὸς χρησμὸν δίδωμι τὸν συμφέροντα πᾶσιν ὑμῖν. ἔστι πόλις πρὸς Νείλῳ ἐπὶ 'Ωκεανοῦ ῥείθροις, πέντε ἀγροὺς βασιλικοὺς λαβοῦσα, πλουσιωτάτη, ἐγγὺς τῆς 'Αμαζονίδος, τοὔνομα Μέμφις. ἐκεῖσε πέμψας ἄγαγε καὶ κατάπαυσον τὸν τῶν ἀθανάτων υἱὸν καὶ τίμησον αὐτὸν βασιλέα κερασφόρον.* 6 cornigeri *Kroll:* cornigero.

VERSUS IN CAESARES ROMANOS EX HISTORIA AUGUSTA

In Commodum

Commodus Herculeum nomen habere cupit, 1
Antoninorum non putat esse bonum,
expers humani iuris et imperii,
sperans quin etiam clarius esse deum
quam si sit princeps nominis egregii.
Non erit iste deus nec tamen ullus homo.

Lampr. Diad. 7, 3 versus in Commodum Antoninum dicti: Comm. — homo. Hi versus a Graeco nescio quo compositi a malo poeta in Latinum translati sunt.

In Pescennium Nigrum

Optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus. 2

Spart. Pesc. 8, 1 Delfici Apollinis vates . . . cum nuntiaretur tres esse imperatores, Severum Septimium, Pescennium Nigrum, Clodium Albinum, consultus quem expediret rei publicae imperare, versum Graecum huiusmodi fudisse dicitur: Opt. — Alb. Ex quo intellectum Fuscum Nigrum appellatum vaticinatione, Severum Afrum, Album vero Albinum dictum.

---

3 Fundetur sanguis Albi Nigrique animantis.
imperium mundi Poena reget urbe profectus.

Ib. requisitum est qui esset optenturus rem publicam. Ad quod ille respondit alium versum talem: Fund. — prof.

---

4 Cui dederint superi nomen habere Pii.

Ib. Item cum quaesitum esset, quis illi successurus esset, respondisse itidem Graeco versu dicitur: Cui — Pii. Quod omnino intellectum non est nisi cum Bassianus Antonini, quod verum signum Pii fuit, nomen accepit.

---

5 'Bis denis Italum conscendit navibus aequor':
si tamen una ratis transiliet pelagus.

Ib. item cum quaereretur quamdiu imperaturus esset, respondisse Graece dicitur: Bis — pel. '*In hoc ultimo cum v. 1 sit Vergilii* (*Aen. 1, 381*), *apparet ubique Spartianum versus pro Graecis venditasse, cum fuerint tum Romae inventi et circumlati*' *Bhr.*

---

6 Terror Egyptiaci Niger astat militis ingens,
Thebaidos socius, aurea saecla volens.
Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma,
hic Antoninis carus ⟨et⟩ imperio.
Nigrum nomen habet, nigrum formavimus ipsi,
ut consentiret forma, metalle, tibi.

Ib. 12, 4 Simulacrum eius in trichoro consistit, positum ex Thebaico marmore, quod ille ad similitudinem sui factum a rege Thebaeorum acceperat. Extat etiam epigramma Graecum, quod Latine hanc habet sententiam: Terror — tibi. 1 *sic Casaub.:* Aegyptiaci 3 '*velle conicere* reges et amant gentes *hoc esset corrigere barbarum auctorem*' *Bhr.* 4 *add. vg.*, in *Bhr.*

In Macrinum

7 Histrio iam senior turpis gravis asper iniquus
inpius et felix sic simul esse cupit,
ut nolit pius esse, velit tamen esse beatus,
quod natura negat nec recipit ratio.
Nam pius et felix poterat dicique viderique;
imperium infelix est, erit ille sibi.

Capitol. Opil. 11, 2 cum illum senatus Pium ac Felicem nuncupasset, Felicis nomen recepit, Pii habere noluit. Unde in eum epigramma non inlautum Graeci cuiusdam poetae videtur extare quod Latine hac sententia continetur: Histr. — sibi. **1** tristis *pro* turpis *Bhr.*, torvus *Cornelissen.* **3** ut nolit *vg.*, ut noluit B P, noluit ut *Bhr.* *4 Cf. Iuv. 1, 79* si natura negat. **5** poterit B P^1. dici atque videri (*sic* M) *Madvig* **6** qui (*e* que *v. 5*) imp. *Salmasium secutus idem.* impius infelix est et erit merito *Bhr.*

Responsum Macrini

Si talem Graium tetulissent fata poetam 8
qualis Latinus gabalus iste fuit,
nil populus nosset, nil nosset curia, mango
nullus scripsisset carmina tetra mihi.

Ib. Macrinus his versibus respondisse fertur: Si — mihi. **2** Latinus *prava prosodia ferenda.* **3** mango *Burmann:* magno.

In Diadumenum

Vidimus in somnis, cives, nisi fallor et istud: 9
Antoninorum nomen puer ille gerebat
qui patre venali genitus sed matre pudica:
centum nam moechos passa est centumque rogavit.
Ipse etiam calvus moechus fuit, inde pudicus.
En Pius, en Marcus, Verus nam non fuit ille.

Ib. 14, 1 illum occiderunt cum puero filio Diadumeno, scilicet Antonino cognomine, de quo dictum est quod in somnis Antoninus fuisset. Unde etiam versus exstant huiusmodi: Vid — ille. **3** nec *pro* sed *Salmasius.*

Ib. 7, 7 Versus exstant cuiusdam poetae quibus ostenditur 10
Antonini nomen coepisse a Pio et paulatim per Antoninos usque ad sordes ultimas pervenisse, siquidem solus Marcus nomen illud sanctum vitae genere auxisse videatur, Verus autem degenerasse, Commodus vero etiam polluisse sacrati nominis reverentiam.

In Alexandrum Severum

11 Te manet imperium caeli terraeque ⟨marisque⟩,
te manet imperium quod tenet imperium.

Lampr. Alex. 14, 3 Cum vatem consuleret de futuris, hos accepisse dicitur versus adhuc parvulus. et primum quidem sortibus: Te — imp. Ex quo intellectum est Romani illum imperii principem futurum, nam ubi est imperium nisi apud Romanos quod tenet imperium? 1 *add. edd.*

---

12 Pulchrum quod vides esse nostrum regem,
⟨pulchrum⟩ quem tetulit Syrum propago,
venatus facit et lepus comesus
de quo continuum capit leporem.

Ib. 38, 3 Poeta . . . temporum Alexandri haec in eum dixit: Pulchr. — lep. 2 *suppl. Obrecht.* tet. *Peter:* det. tet. Syr. *scripsi:* Syr. tet.

Responsum Alexandri

13 Pulchrum quod putas esse ⟨vestrum⟩ regem
vulgari miserande de fabella,
si verum putas esse non irascor.
Tantum ⟨tu⟩ comedas velim lepusclos,
ut fias animi malis repulsis,
pulchris ne invideas livore mentis.

Ib. Respondisse ille dicitur Graecis versibus in hanc sententiam: Pulchr. — ment. 1 putasse se regem B P Exc, putas esse r. M, vestrum *suppl. Egnatius.* 4 *suppl. idem.* lepusculos *codd.* *Post 5 unum versum a* pulchri *incipientem excidisse putat Bhr.*

Titulus Aureoli tyranni

14 †Dona sepulchrorum victor post multa tyranni
proelia iam felix Claudius Aureolum
munere prosequitur mortali et iure superstes,
vivere quem vellet, si pateretur amor

militis egregii, vitam qui iure negavit
omnibus indignis et magis Aureolo.
Ille tamen clemens qui corporis ultima servans
et pontem Aureoli dedicat et tumulum.

Treb. trig. tyr. 11, 4 Aureolum Claudius . . . conflictu habito apud eum pontem interemit qui nunc pons Aureoli nuncupatur atque illic ut tyrannum sepulchro humiliore donavit. Extat etiam nunc epigramma Graecum in hanc formam: Dona — tum. 1 Dono *Salmasius*, hoce *Bhr. non male.* 3 superstem *Casaub. Hos versus Alciatus (1492—1550) in Graecam linguam transtulit nonnullos viros doctos fallens, v. Kaibel I. G. XIV 355* (p. 32*).*

In Claudium

Tu qui nunc patrias gubernas oras 15
et mundum regis, arbiter deorum,
tu vinces veteres tuis novellis;
regnabunt etenim ⟨tui⟩ minores
et reges facient suos minores.

Treb. Claud. 10 Cum consuleret factus imperator quamdiu imperaturus esset, sors talis emersit: Tu — min. 3 *sic Salmasius:* tu in veteres tuis (*hanc vocem om.* P) novellis; *alii aliter.* 4 *suppl. edd.*

In Aurelianum

Mille mille mille decollavimus 16
unus homo! mille decollavimus.
Mille vivat qui mille occidit.
Tantum vini nemo habet, quantum fudit sanguinis.

Vopisc. Aurelian. 6, 4 ut etiam ballistia pueri et saltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus festis militariter saltitarent: Mille — sang. 3 bibat *Bue. Rh. Mus. 14, 433 = Kl. Schr. I 198. Versus troch. restituit Corssen in 1 et 2 bis, in 3 ter* mille *addens.*

---

17 Mille Sarmatas, mille Francos semel et semel occidimus, mille Persas quaerimus . . .

Ib. 7, 1 iterum de eo facta est cantilena: Mille — quaer. *Et hic septenarium in 2 rest. Corssen quater voce* mille *addita.*

VERSUS ORPHICI AB ARNOBIO CONVERSI

Sic effata simul vestem contraxit ab imo
obiecitque oculis formatas inguinibus res.
Quas † cava succutiens Baubo manu — nam puerilis
ollis vultus erat — plaudit, contrectat amice.
Tum dea defigens augusti luminis orbes
tristitias animi paulum mollita reponit;
inde manu poclum sumit risuque sequenti
perducit totum cyceonis laeta liquorem.

Arnob. 5, 26 p. 197 R. in medio ponemus versus, quos Calliopae filius ore edidit Graeco et cantando per saecula iuri publicavit humano: Sic — liq. *Clementem Alexandrinum sequitur Arn. Protr. II 21 (I p. 16 St.) haec referentem: αὐτὰ τὰ τοῦ Ὀρφέως ἔπη . . . ὣς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρετο, δεῖξε δὲ πάντα σώματος, οὐδὲ πρέποντα τύπον· παῖς δ' ἦεν Ἴακχος, χειρί τέ μιν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις. ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἐνόησε θεά, μείδησ' ἐνὶ θυμῷ, δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο. Amplissimum apparatum criticum ad utrumque frgm. v. apud Kern, Orph. Frgm. p. 126 sqq. (fr. 52). Ego pauca ad versus Latinos adnotare satis habeo.* **1** sinu *Lambinus.* **3** Baubus manu ' *Heinsius, an* Baubus manus — at (παῖς δ' ἦεν)? *Eadem emendatio necessaria videtur in versibus e Parmenide conversis infra p. 170.*

TARENTINUS SENARIUS

Taurus draconem genuit et taurum draco.

Arnob. 5, 21 p. 193 R. illum citabimus Tarentinum notumque senarium quem antiquitas canit dicens 'taur. — dr. *Cf. Clem. Alex. Protr. II 16, 3 (p. 13 St.)* ἀμέλει, φησί τις ποιητὴς εἰδωλικός, ταῦρος δράκοντος καὶ πατὴρ ταύρου δράκων. *V. Kaibel C G F I 189 et Kroll Rh. M. 72, 79.*

INCERTUS DE TRIUMPHO CUPIDINIS

Lact. inst. 1, 11, 1 non insulse quidam poeta triumphum Cupidinis scripsit: quo in libro non modo potentissimum deorum Cupidinem, sed etiam victorem facit. Enumeratis enim amoribus singulorum, quibus in potestatem Cupidinis dicionemque venissent instruit pompam, in qua Iuppiter cum ceteris diis ante currum triumphantis ducitur catenatus.

INCERTUS DE VENERE ET AMORIBUS

Nuda Venus [picta], nudi ⟨pueri⟩ pinguntur Amores
† quibus nuda placet, nudos dimittat oportet.

Altercatio Hadriani et Epicteti p. 28 Lind. (ap. Bue. Rh. Mus. 36, 329, v. etiam Manitius, Gesch. d. lat. Lit. d. M.-A. I 284, II 801) Hadriano interroganti quare Venus nuda pingatur Epictetus respondet: Nuda — oport. **1** *corr. Bue.* *2 Bue. pentametrum fingentem sequi non possum. an* nuda quibus placet haec, nudos admittat et illos? (et ipsos *Bhr.*).

ABLABII EPIGRAMMA

Saturni aurea saecla quis requirat?
Sunt haec gemmea, sed Neroniana.

Sidon. epist. 5, 8, 2 ut mihi non figuratius Constantini domum vitamque videatur vel pupugisse versu gemello consul (*a. 331*) Ablabius (*sic Wilamowitz:* Ablavius) vel momordisse disticho tali clam Palatinis foribus appenso: Sat. — Ner., quia scilicet praedictus Augustus isdem fere temporibus extinxerat coniugem Faustam calore balnei, filium Crispum frigore veneni.

ALBINUS RERUM ROMANARUM LIBRO I

Ille cui ternis Capitolia celsa triumphis
sponte deum patuere, cui freta nulla repostos
abscondere sinus, non tutae moenibus urbes.

Prisc. I 304 H. 'cui' quoque inveniuntur quidam bissyllabe protulisse per diaeresin ut Albinus Rerum Romanarum I: Ille — urbes. *V. L. Mue., De re metr.² p. 318.*

ALBINUS DE METRIS

† vilem spondeum totum concludere versum
posse fieri iungens sed dactylum apte.

Mar. Victorin. VI 211 K. quod genus versificationis (*sc. hexametri e sex spondeis formati*) usque adeo durum est, ut non invenuste Albinus in libro quem de metris scripsit ita posuerit: vil. — apte. *Cf. Audax VII 339 K:* quod vetat spondeo t. c. v. posse patefieri, iungi s. d. a. *E quibus haec elicuit Keil:* vites spondeo t. c. v., posse puta fieri si iungas (*scribere debebat* iungas si) dactylon apte. iunges si *Bhr.*

INCERTUS DE METRIS

Acephalus primus quorum hic quem dicimus ipse est,
nam prior est tribrachys

G L VI p. 636 (*de vitiis hexametri*) cui deest (*sc. caput*) tale invenitur quale Horatius hoc ipsum vitium reprehendens posuit: Aceph. — tribr. '*Unde petitum sit exemplum versus acephali quod grammaticus Horatio tribuit, non constat*' *Keil.*

PAULUS QUAESTOR

I GRATIARUM ACTIO

1 oceanum rapidis linquens repetensque quadrigis

Aldhelmus p. 87, 29 Ehw. Paulus Quaestor in Gratiarum Actione ait: oc. — quadr. *Titulus idem atque opusculi Ausoniani pedestri oratione conscripti* (VIII).

II INCERTAE SEDIS

2 Tartaream in sedem sequitur nova nupta maritum

Ib. p. 79, 16 P. Q. elisit m litteram ita: Tart. — mar. *Loquuturne de Proserpina?*

---

3 Arbiter aurarum qui fluctibus imperat atris

Ib. p. 86, 29 (*de 15 syllabarum hexametris*) P. Q. ait: Arb. — atr.

PORFYRII EPIGRAMMATA

Nudus, egens, Veneris naufragus in pelago 1

Fulg. myth. p. 40 H. (*de Venere*) hanc etiam in mari natantem pingunt, quod omnis libido rerum patiatur naufragia, unde et Porfirius in epigrammate ait: Nud. — pel.

Auxilium Fortuna tibi, res perfida, Quinte, 2
et tulit in fronte grande supercilium.
haut aliud credam, puteum puto te quoque, Quinte:
quanto altus magis es, tam mage despiceris.

Id. Virg. cont. p. 100 H. exaltatus quis in superbia duplum eliditur. Unde et Porfirius in epigrammate ait: Aux. — desp. 4 magis altus *codd. praeter Leidensem.*

CHALCIDII EX GRAECIS CONVERSIONES

I EX ILIADE

Stabat acerba tuens defixo lumine terrae. 1

Chalc. comm. p. 297 Wr. ex oculorum habitu mens atque animus indicatur irascentium, maerentium, laetantium. Irascentium quidem ut apud Homerum commotae mentis orator: Stab. — terrae. *Cf. Γ 217 στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας.*

Tertia luce petes Phthiae praefertilis arva 2

Ib. p. 287 (*in versione loci Platonici Crit. 44 b*) illud Homericum: Tert. — arv. terna *edd. Cf. I 363 ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην* (*ἵκοιο* Plat.) *V. etiam Ciceronis fr. 26.*

---

maeroreque lumina linquunt 3 (6)

Ib. p. 297 paulo post fr. 1 maerentium vero, ut fert poeta de eo qui iugi fletu oculos amiserat: maer. — linqu. *Cf. A 249 πένθος ὀφθαλμοὺς ἐκάλυψε Chalc. locum Hom. false, sed non omnino ab-*

surde interpretatus est. Pessime Tolkiehn p. 125 sqq. 'der sich aus Trauer über seine Knechtschaft die Augen blind geweint hat', *voces* iugis *et* iugum *confundens.*

---

4 (3) dexter ad eoum volitans solemque diemque

Ib. p. 165 Homerum puto lapsum alitis augurantem dixisse: dexter — diemque. *Cf. M 239 εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠόα τ' ἠέλιόν τε.*

---

5 (4) furor ignea lumina volvit.

Ib. p. 297 inter fr. 1 et 3 et item: fur. — volv. *Cf. M 466 πυρὶ δ' ὄσσε δεδήει.*

---

6 (5) Iste quidem clarus, sed tristia fata minatur

Ib. p. 190 Dicit Homerus de hoc sidere (*sc. de cane Orionis*) hactenus: Iste — min. *Cf. X 30 λαμπρότατος μὲν ὅ γ' ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται.*

II EX ODYSSEA

7 Pectore pulsato mentem castigat acerbe:
quin toleras, mea mens? etenim graviora tulisti.

Ib. p. 230 ut apud Homerum, cum Laertius iuvenis 'Pect. — tul'. *Cf. υ 17 στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ. τέτλαθι δή κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.*

III EX HESIODI THEOGONIA

8 Prima quidem haec caligo, dehinc post terra creata est,
spirantum sedes firmissima, pectore vasto.

Ib. p. 188 velut ait Hesiodus: Prima — vasto. *Cf. Hes. Th. 116 Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.*

IV E PYTHAGORAE AUREIS VERSIBUS

Corpore deposito cum liber ad aethera perges, 9
evades hominem factus deus aetheris almi.

Ib. p. 198 Pythagoras etiam in suis Aureis versibus: Corp. — almi. *Cf.* [*Pyth.*] *Χρυσᾶ ἔπη 70. 1* (*Anth. Lyr. ed. Diehl I p. 194*) *ἢν δ' ἀπολείψας σῶμ' εἰς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς, ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός. ἐλεύθερος legisse vid. Chalc., cf. Diehlium l. c.*

V EX EMPEDOCLE

A Ex libris *Περὶ Φύσεως*

Sanguine cordis enim noster viget intellectus. 10 (—)

Ib. p. 254 Emp. . . . principalem animae vim constituit in corde sic dicens: Sang. — int. *Cf. fr. 105, 3 D. αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα.*

Terram terreno comprendimus, aethera flammis, 11 (10)
umorem liquido, nostro spirabile flatu,
pacem tranquillo, litem quoque litigioso.

Ib. p. 119 Pythagoricum dogma similia non nisi a similibus suis comprehendi. Quod etiam Emp. sequens ait in suis versibus: Terr. — lit. *Cf. p. 254* ideoque ait: Terr. — flatu. 1 sentimus, at *loco post.* 2 um. umecto *loco post. Cf. Emp. fr. 109 D. γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ, αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀίδηλον, στοργὴν δὲ στοργῇ, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ.*

B Ex Catharmis

Namque ego iam dudum vixi puer et solida arbos, 12 (11)
ales et ex undis animal, tum lactea virgo.

Ib. p. 239 Emp. . . . Pythagoram secutus ait eas (*sc. animas*) non naturam modo agrestem et feram sortiri, sed etiam formas varias, cum ita dicit: Namque — virgo. *Cf. fr. 117 D. ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε θάμνος τ' οἰωνός τε καὶ ἔξαλος ἔλλοπος ἰχθύς.*

---

13 (p.293, 30) Nex ubivis, rabies, furiarum examina mille

Ib. p. 143 At vero sub luna usque ad nos omne genus motuum, omne etiam mutationum, prorsus ut est in vetere versu: Nex — mille. *Versum restituit Diels Rh. Mus. 49, 478. Traditur:* in vetere versu nevii. Versus Q (*sic Vindob.*, nevii *erasum in Cracov.*) exuviis rab. *Cf. Emp. fr. 121 D. ἔνϑα Φόνος τε Κότος τε καὶ ἄλλων ἔϑνεα Κηρῶν. Laevio (!) praeeunte Osanno dederat Bhr.*

---

14 (13) Comprimite, o gentes, homicidia! Nonne videtis
mandere vos proprios artus ac viscera vestra?

Ib. p. 240 post fr. 15 item alio loco: Compr. — vestra. *Cf. fr. 136 D. Οὐ παύσεσϑε φόνοιο δυσηχέος; οὐκ ἐσορᾶτε ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο;*

---

15 (12) Mutatos subolis mactat pater impius artus
dis epulum libans; saeva prece territa mente
hostia; luctifica funestatur dape mensa.
Natus item ut pecudes caedit matremque patremque
nec sentit caros mandens sub dentibus artus.

Ib. ante fr. 14 ut ipse (*sc. Emp.*) aliis testatur versibus quibus abstineri oportere censet animalibus: mutat. — art. *Cf. fr. 137 D. μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας σφάζει ἐπευχόμενος μέγα νήπιος, οἱ δ' ἀπορεῦνται λισσόμενον ϑύοντες· ὁ δ' αὖ νήκουστος ὁμοκλέων σφάξας ἐν μεγάροισι κακὴν ἀλεγύνατο δαῖτα. Ὣς δ' αὔτως πατέρ' υἱὸς ἑλὼν καὶ μητέρα παῖδες ϑυμὸν ἀπορραίσαντε φίλας κατὰ σάρκας ἔδουσιν.*

VI EX EURIPIDE

A Medea

16 (14) Nec me latet nunc quam cruenta cogitem,
sed vincit ira sanitatem pectoris.

Ib. p. 230 Apud Euripidem . . . Ait enim: Nec — pect. *Cf. Eur. Med. 1078 καὶ μανθάνω μέν, οἷα δρᾶν μέλλω κακά, ϑυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.*

B Phoenissae

Cave vetatos liberum sulcos seras: 17 (16)
generatus ille te mactabit impie
et omnis aula respergetur sanguine.

Ib. p. 210 Hac ratione Laio praedictum est ab Apolline: Cave — sang. **1** vetitos caveto *Mullach, alii alia. Cf. Eur. Phoen. 18—20 μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ· εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ' ἀποκτενεῖ σ' ὁ φὺς καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.*

VII EX ALEXANDRO MILESIO (IMMO EPHESIO)

Sortitos celsis replicant anfractibus orbes: 18 (15)
vicinum terris circumvolat aurea Luna,
quam super invehitur Cyllenius; alma superne
nectareum ridens late splendet Cytherea;
quadriiugis invectus equis Sol igneus ambit
quartus et aetherias metas; quem deinde superne
despicit Armipotens; sextus Phaethontius ardor
suspicit excelsum brumali frigore sidus.
Plectricanae citharae septem discriminibus quos
adsimulans genitor concordi examine iunxit.

Ib. p. 140 Consentit his (*sc. quae Pythagorei quidam de septem planetibus docent*) Alexander Milesius ita dicens: Sort. — iunx. *Versus graecos servaverunt Theo Smyrn. p. 139 H. et (9—10) Heracl. Quaest. Hom. p. 20 ed. Bonn., ille sicut Chalc. de poeta errans — Aetolo enim eos attribuit — hic recte Alexandro Ephesio eos adsignans. Sunt autem: Ὑψοῦ δ' ἄλλοθεν ἄλλος ὑπέρτατον ἔλλαχε κύκλον· ἀγχοτάτη μὲν δῖα Σεληναίη περὶ γαῖαν, δεύτερος αὖ στίλβων χελυοξόου Ἑρμείαο. τῷ δ' ἐπὶ φωσφόρος ἐστὶ φαεινότατος Κυθερείης· τέτρατος αὐτὸς ὕπερθεν ἐπ' Ἠέλιος φέρεθ' ἵπποις, πέμπτος δ' αὖ πυρόεις φονίου Θρῄϊκος Ἄρηος. ἕκτος δ' αὖ φαέθων Διὸς ἀγλαὸς ἵσταται ἀστήρ· ἕβδομος αὖ φαίνων Κρόνου ἄγχοθι τέλλεται ἄστρων. Πάντες δ' ἑπτατόνοιο λύρης φθόγγοισι συνῳδὸν ἁρμονίην προχέουσι διαστάσει ἄλλος ἐπ' ἄλλῃ. Ad verba graeca v. apparatus criticos Meinekii (Anal. Alex. p. 373), Hilleri, Bonnensium. Ad verba latina:* **6** et *liberius collocatum sententiam cum antecedente iungit. V. Manil. 4, 163* ardentem . . . metam, quam Phoebus summis revocatus curribus ambit.

VIII ORACULA

19 (17) Perdet Croesus Halyn transgressus maxima regna.

Ib. p. 221 (de divinatione) ambigua et obliqua ut est illa Apollinis: Perd. — regna. *Cf. Arist. Rhet. III 5 p. 1407 a 39* Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει *et Cic. fr. 37.*

---

20 (18) Vicinis offensa, deo carissima plebes,
armorum cohibe munimina, corporis omne
discrimen sola capitis tutabitur umbra.

Ib. p. 222 Argivis per oraculum quaerentibus an adversum Persas bellum suscipi conveniret responsum est: Vic. — umbra. *Cf. Herodot. 7, 148* ἐχθρὲ περικτιόνεσσι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν, εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων πεφυλαγμένος ἧσο καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο, κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει. 3 umbra *mirum inventum.* tut. *pass.*

Q. AURELIUS SYMMACHUS

1 Attica palla tegit socerum, toga picta parentem:
praefuit iste sacris, hic dixit iura Quiritis;
at mihi castrensem quod mordet fibula vestem,
Aurorae in populis regum praetoria rexi.
Sed fasces pictura tacet: tu respice fastus.

Symm. epist. 1, 2 ibi (*sc. Baulis*) Acindyno conditori eiusque maioribus emmetra verba libavi et picturae licentiam, quae vestitum disparem singulis tribuit, in rationem coegi . . . accipe cantilenam: Att. — fast.

---

2 Huc deus Alcides stabulanda armenta coegit
eruta Geryonae de lare tergemini.
Inde recens aetas corrupta boaulia Baulos
nuncupat occulto nominis indicio.
Ab divo ad proceres dominos fortuna cucurrit,
fama loci obscuros ne pateretur eros.
Hanc celebravit opum felix Hortensius aulam,
contra Arpinatem qui stetit eloquio.

Hic consul clarum produxit Acindynus aevum
quique dedit leges Orfitus Aeneadis.
Hos inter iuvenile decus, sed honore senili
bis seno celsus, Symmache, fasce cluis.
Sed te Baulorum necdum lenta odia quaerunt;
cura habeat iuvenem publica pervigilem.

Ib. § *4* audi versus ad Baulorum historiam pertinentes: Huc — perv. 3 boaulia *Lipsius coll. Serv. Aen. 6, 107. 7, 662:* bualia *vel* boalia. 9 *Acind. cos. a. 340.* 10 *Orfitus Symmachi socer. v. Seeckii indicem* II s. v.

Ubi corniger Lyaeus 8
operit superna Gauri,
Volcanus aestuosis
medium coquit cavernis,
tenet ima pisce multo
Thetis et Baiae sorores.
Calet unda, friget aethra:
simul innatat choreis
Amathusium renidens
salis arbitra et vaporis,
flos siderum Dione.

Id. *1, 8* animadvertite meliora terrarum, ubi . . . 'ubi — Dione'.

L. AURELIUS AVIANIUS SYMMACHUS

I ARCADIUS RUFINUS

Princeps ingenio, fortunae munere princeps
aetatis, Rufine, tuae, cui prospera quaeque
admiranda tuis aequabat gloria rebus.
Unus amor cunctis et praesidium trepidorum.
Principibus quorum viguisti tempore doctus
aut calcaria ferre bonis aut frena tyrannis.

II VALERIUS PROCULUS

Cum primis quos non oneravit gloria patrum
ponemus Proculum, vitae morumque decore
haud umquam indignum magnorum Publicolarum.
Olli semper amor veri et constantia, simplex
caelicolum cultus, non illum spernere posses,
et quamquam reverendus erat, non inde timeres.

III ANICIUS IULIANUS

Cuius opes aut nobilitas aut tanta potestas,
cedenti cui non praeluxerit Amnius unus?
Acer ab ingenio cunctisque adcommodus idem
hic et carus erat, conferre iuvare paratus;
nam dives, tum celsus honoribus, et tamen illis
grandior aeterno complebat nomine Romam.

IV PETRONIUS PROBIANUS

Iactet se Fortuna aliis, quos iudice nullo
lucem ad Romuleam sua sola licentia vexit;
te, Probiane, pudor, te felix gratia teque
Itala simplicitas morum et sollertia iuvit.
Adsidue quocirca, Augustis notus et hospes,
praemia magnorum tetulisti dignus honorum.

V VERINUS

Virtutem, Verine, tuam plus mirer in armis,
Eoos dux Armenios cum caede domares,
an magis eloquium morum vitaeque leporem
et — nisi in officiis, quotiens tibi publica curae —
quod vitam innocuis tenuisti laetus in agris?
Nullum ultra est virtutis opus, nam si esset, haberes.

Symm. epist. 1, 2 (Pater Symmacho) § *2* scis Terentium . . . Reatinum illum Romanae eruditionis parentem hebdomadon libros epigrammatum adiectione condisse. Illud nos, si fors tulerit,

conamur imitari . . . pauca misi . . . Princ. — hab. I *tit.* Aradius Rufinus *Iuretus:* arcadius ruffinus *Γ*, *om.* V. II 2 *sic Wingendorp:* decorem. 5 posses *Iuretus:* possis. 6 erat *idem:* eris V, *om. ΓΦ*. timeres *Seeck:* timeris. III *tit. Γ*, *om.* V. 2 cumon *Γ*, non cedent cui non V. animus *Γ*, annius *Φ*. 6 aeterna *Γ*, aeternam *Scioppius.* IV 1 quos *Lectius:* quod. 5 assidue quia circa V, quocirca adsiduos *Γ*.

AURELIUS AUGUSTINUS

Laus Cerei

Haec tua sunt, bona sunt, quia tu bonus ista creasti.
Nil nostrum est in eis, nisi quod peccamus amantes
ordine neglecto pro te, quod conditur abs te.

Aug. civ. 15, 22 Cum . . . bona sit (*creatura*), et bene amari potest et male: bene scilicet ordine custodito, male ordine perturbato. Quod in laude quadam Cerei breviter versibus dixi: Haec — te. 1 *cit. Beda VII p. 245 sine auct. nom.* omnia condis *pro* ista cr. *scribens.* 1—3 *v. Anth. ed. Riese I² 489, ubi 50 versus medio ut vid. aevo consarcinati sequuntur.* 1 Omnia sunt . . . omnia condis *codd. Anth.*

HILARIUS ARELATENSIS

Si vere exurunt ignes, cur vivitis undae?
Si vere extinguunt undae, cur vivitis, ignes?
Lympharum in gremiis inimicos condidit ignes
communisque ortus imperat alta manus.

Greg. Tur. stell. p. 862, 14 Kr. quintum (*sc. miraculum*) est de fontibus Gratianopolitanis (*hodie Grenoble*), de quibus simul et latex emanat et ignis . . . hinc Hilarius quidam ait: Si — manus. 1—2 *et* 3—4 *separavit Bhr.*

CAELIUS AURELIANUS

E Parmenide de natura

Femina virque simul Veneris cum germina miscent,
venis informans diverso ex sanguine virtus
temperiem servans bene condita corpora fingit.

Nam si virtutes permixto semine pugnent
nec faciant unam permixto in corpore, dirae
nascentem gemino vexabunt semine sexum.

Cael. Aur. chron. 4, 9, 545 Amm. (*Amst. 1722*) Parmenides libris quos de natura scripsit, eventu, inquit, conceptionis molles aliquando seu subactos homines generari. Cuius quia graecum est epigramma, et hoc versibus intimabo. Latinos enim ut potui simili modo composui, ne linguarum ratio misceretur. Fem. — sex. 4 At *pro* nam *sensu postulatur. Est Parm. fr. 18 Diels, cuius ad interpretationem lectores relego, v. Poet. Philos. Frgm.* (*1901*) *p. 72.*

PARTHENIUS PRESBYTER

Tempore quo medio peragunt sum sidera cursum
noctis et obscuris densantur cuncta tenebris,
cum refugit somnus fallaxque recedit imago
teque tenax nostris totum memoria reddit
sensibus, intuimur corde amplexuque tenemus
et fruimur mutuis tacito sic ore loquellis.
Ast ego cernere sic te absentem gratulor absens:
credo equidem quod docta parem nec Graecia misit
nec Larissa potens similem procreavit Achillem,
te qualem armipotens, te fertilis Africa frugum
vexit ad astra virum. Quem claro lumine fulgens
sol fecit placido nostro de pectore tolli.

Anecd. Casinensia ed. Reifferscheid p. 3 in epistula Parthenii ad Sigesteum comitem data. (*ipse non vidi*). **1** sum *cod.*, suum *corr. man. rec. saec. XV.* **4** *sic Bhr.* (reddit *pro* reddet *iam Reiff.*): tenax *et* totum *in cod. sedem mutaverunt.* revoluta *pro* totum *Bhr. frustra, nam ne sic quidem omnia vitia prosodiaca tolluntur.* **5** intuemur cordisque amplexu tenemus *cod., corr. Bhr., sed fort. toleranda haec.* **7** sic *Reiff.:* si. **8** parem *Bhr.:* talem. **9** neque Lar. *cod., corr. idem.* **10** nostris qualem a. tam fert. A. f. *cod., corr. Reiff.* **12** *sic Bhr.*, scilicet tunc *cod.*, sol ortu *et mox* tollit *Reiff.*

Te clipeo, galea et lorica caelitus armet 2
omnipotens et sit vita beata tibi.

Ib. 1 *sic Bhr.:* loricaque et galea.

INCERTORUM VERSUS[1]

A Versus fortasse Enniani

Si vinco et pereo, quid ibi me vincere praestat? 1 (p.358, 10)

Isid. orig. 2, 21, 16 Sententiarum species multae . . . aliae comparativae: Si — praest. *De Lucili libro IV cogitavit Lindsay in Isid. ed. Malim ad Enn. Ann. VI hoc frgm. referre de Pyrrhi regis oratione cogitans, cuius victoriae precariae in proverbii consuetudinem venerunt. Isidorus saepius versus Ennianos sine poetae nomine laudat velut Ann. 329 et 625 Vahl*[2].

Sic format lingua fetum cum protulit ursa. 2 (—)

Ib. 12, 2 , 22 aiunt eos (*ursos*) informes generare partus et carnem quandam nasci, quam mater lambendo in membra componit. Unde est illud: Sic — ursa. *Ennianum dicendi genus cognoscere mihi videor.*

Mortales primi ructabant gutture glandem. 3 (—)

Ib. 17, 7, 26 Ilex ab electo vocata; huius enim arboris fructum homines primum ad victum sibi elegerunt, unde et poeta: Mort. — gland. *An* Primi mortales? *Nam saepius Ennius, qui vocem* mortalis *adamat, a verbis* Omnes mortales *versum incohat. Heduphageticis dederim.*

---

1 Collegi hic ignotae originis versus a Baehrensio per totum librum (p. 137, 327 sqq., 357 sqq., 388 sqq.) dispersos. Nonnullos versus alii aliis temporibus adiudicabunt. E metricorum versibus in proecdosi congestis non nisi selectos recepi ne eos quidem ab omni suspicione liberos.

B Versus fort. Luciliani

4 Ibant qua poterant, qua non poterant non ibant.

Char. 357 B. (*271 K*) Perissologia . . . ut: Ib. — ib. *Cf. Diom. I 449 K., Don. IV 395 K, Pomp. V 294 K. Lucili Ennium irridentis versum esse suspicatur Lindsay, v. Wessner Phil. Wchschr. 1922 p. 1236.*

5 (p.303, 9a) Oppius advenit, comes est quoque Tettius illi

Ter. Maur. 1246 (*exemplum mutorum geminatorum*): Opp. — illi. *De Lucilio cogitat Cich. Roem. Stud. p. 77.*

6 (p.137, 1) laus alit artes

Sen. epist. 102, 16 cum aeque antiquus poeta ait: laus — artes. *V. Otto, Sprichw. p. 38.*

7 (p.391, 37) Videre non vult Caelium Panaetius

Rufin. VI 562 K (*e Iubae libro quarto*) Iamborum . . . exempla . . . Vid. — Pan. *V. Cich. l. c. p. 75—77 qui praeeunte Stowassero de Lucilio* (*lib. XXVIII vel XXIX*) *cogitat.*

C Versus aevi Catulliani

8 (—) Iam puerile iugum tenera cervice gerebat

Isid. orig. 11, 2, 11 Puer . . . pro aetate . . . unde est illud: Iam — ger. *Hoc dicere potuit Varro Atacinus Argonautarum tertio de Medea Amoris iugum perpessa, cf. Ap. Rhod. 3, 687 θρασέες γὰρ ἐπικλονέεσκον Ἔρωτες.*

9 (p.327, 5)
Tuque Lycaonio mutata e semine nympha,
quam gelido raptam de vertice Nonacrinae
oceano prohibet semper se tingere Tethys,
ausa suae quia sit quondam succumbere alumnae.

Hyg. fab. 177 Callisto: Tethys . . . Oceani uxor nutrix Iunonis prohibet eam in oceanum occidere. De qua in † creticis versibus:

Tuque — al. **1** *sic Scheffer:* Lycaoniae mutatae semine nymphae. **2** *ad clausulam cf. Ov. met. 1, 690; 2, 409.* **3** Tethys *Muncker:* thetis.

---

sed lucet in astris 10
Callisto renovatque suos sine fluctibus ignes. (p.328, 6)

Ps. Lact. Plac. fab. Ov. 2, 6 p. 639 Magnus: ut alii 'sed — ignes.

Luna, deum quae sola vides periuria volgi, 11
seu Cretaea magis seu tu Dictynna vocaris. (ib. 7)

Char. 374 B (287 K) schema dianoeas . . . per aporian: Luna — voc. **2** mavis . . . vocari *eleganter Nic. Loensis.*

Fortia neglecti velabant colla capilli, 12
et per neglectos candebant colla capillos. (ib. 10)

Schol. Pers. 1, 86 antitheta sunt haec: Fort. — cap. **2** cand. *prop. Bhr. ipse* clarebant *praeferens: trad.* velabant *e v. 1 intrusum.*

A, quotiens umbra porrexi bracchia mota; 13
a, quotiens umbra reduxi brachia mota. (ib. 11)

Ib. post fr. 6 sine intervallo. ah *bis Lindenbrogius:* aut. *Ciris 81. 2 cft. Bhr.*

⟨salsus 14
nam⟩que laborando manat de corpore sudor. (p.329, 12)

Schol. Veron. Aen. 2, 173 (p. 421 H) salsusque per artus sudor iit: hoc epitheton demonstrativum, quo totius corporis sucus etiam gustu potuerit agnosci: que — sud. *Initium suppl. Keil.* sudor *legit Maius,* sucus *Hagen. Versum Ennio vindicavit Kiessling. Lucr. 6, 944* manat item nobis e loto corpore sudor *a scholiasta parum accurate citari putabat Lachmann. Cf. Vahleni sanum iudicium Ges. Phil. Schr. II p. 470.*

---

15 (ib. 14)

quem
non pudet et rubet, est non homo sed ropio.

Sacerd. VI 461 K de astismo: illud de Pompeio, qui coloris erat rubei, sed animi inverecundi 'quem — ropio'. ropio autem est aut minium aut piscis robeus aut penis. *Distichon discripsit Bue. Rh. Mus. 35, 400 de Calvo auctore cogitans.* non est *transp. Bue.*

---

16 (ib. 15)

et verba antiqui multum furate Catonis
Crispe Iugurthinae conditor historiae.

Quint. inst. 8, 3, 29 post Verg. catal. 2 nec minus noto Sallustius epigrammate incessitur: et — hist. **2** *cit. Mar. Victorin. VI 109 K.*

---

17 (ib. 16)

Extractam puteo situlam qui ponit in horto
ulterius standi non habet ipse locum.

Char. 363 B (275 K.) Hyperbole est dictio fidem excedens augendi minuendive gratia . . . minuendi ut: Extr. —loc. *Cf. Diom. I 461 K. 'Nescio quo pacto pusillum Valerii Catonis hortum mihi in memoriam revocavit' Bhr.*

---

18 (p.330, 17)

Non Bibulo quiddam nuper sed Caesare factum est:
nam Bibulo fieri consule nil memini.

Suet. Iul. 20 Unus ex eo tempore omnia in re publica et ad arbitrium administravit, ut . . . vulgo mox ferrentur hi versus: Non — mem. **1** quiddam *codd. opt.*, quicquam *nonnulli classis X.*

---

19 (p.328, 8)

O qui chelyn canoram plectro regis Italo

Ps. Bass. VI 262 K de galliambis laudato Catull. 63, 2 et ille alterius auctoris: o — It. regis *Mue.:* regit. Metrum – – ∪ – ∪ – – – – ∪ ∪ ∪ ∪ – . *Cf. Sen. Tro. 321* levi canoram verberans plectro chelyn.

Rutilos recide crines habitumque cape viri 20

Diom. I 514 K. illud neotericum quod est tale: Rut. — viri. *Fort. Maecenatis versus, cuius sunt l. c. 514, 13 et 20. Cf. Catull. 63, 83* rutilam ferox torosa cervice quate iubam. (p.391, 31)

Ciconiarum Rufus iste conditor, 21
hic e duobus elegantior Plancis (p.327,
suffragiorum puncta non tulit septem: 1)
ciconiarum populus ultus est mortem.

Porph. Hor. sat. 2, 2, 50 Rufus praetorius instituisse traditur, ut ciconiarum pulli manducarentur isque cum repulsam praeturae tulisset, tale epigramma meruit: Cic. — mort. **2** hic e *Monac.*, hic est *dett.*, licet *Bue. Agi videtur de L. Plotio Planco necato a. 43, cf. Muenzer R E II A 1436 qui tamen cognomen* Rufus *huic viro alibi non dari monet.* **3** *v. Mommsen, Roem. Staatsrecht III 407, 5 (ed. prim.) De ratione quae inter hoc epigramma et Vergilianum illud* Corinthiorum amator iste verborum *(catal. 2) intercedit v. W. Schmid Philol. 72 (1913) 149.*

Vivis, ludis, habes, amas amaris 22

Ps. Bass. VI 263 K. Septima divisio hendecasyllabi talis est: Viv. — am. *Catulli aetati dedit Bhr. coll. Catull. 45, 20* amant amantur. (ib. 3)

D Versus aevi Augustei (?)

Tune Clytemestrae foedasti viscera ferro? 23

Char. 16 B (13 K) de communibus syllabis ante mutam cum liquida: brevis est in hoc 'Tune — ferro'. *Cf. Dosith. VII 387 K. Quis hic Orestem alloquatur incertum, fort. ipse poeta.* (p.357, 1)

Cyclops, Aetnaeus cultor, Neptunia proles. 24

Ib. longa autem in hoc.: Cycl. — prol. (ib. 2)

---

25 (ib. 3) Horum quod mavis, stultusne malusne videri?

Ib. 355 B (270 K) de soloecismis: ordo immutatur . . . coniunctionibus ut: 'Hor — vid.' pro stultusne an malus.

---

26 (ib. 4) in medio victoria ponto

Ib. 357 B (271 K) Ellipsis . . . ut per 'est': in — ponto.

---

27 (ib. 5) Iam Danai nec si referunt ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓

Ib. post fr. 23 et: 'Iam — ref'. pro 'ne si quidem referunt'. nec si *Bhr.:* nisi.

---

28 (ib. 6) Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me

Ib. 364 (276 K) aenigma . . . ut: Mat. — me, cum significet ex aqua glaciem concrescere et glaciem in aquam resolvi. *Idem habent Diom. Don. Sacerd. Pomp.*

---

29 (ib. 7) Iuppiter omnipotens, caeli qui sidera torques,
ore tuo dicenda loquar.

Diom. I 451 K. Cacozelia . . . nimio tumore: Iupp. — loq. *Cf. Verg. Aen. 9, 93* torquet qui sidera mundi *et 625* Iuppiter omnipotens.

---

30 (ib. 8) – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – implevit litora Xanthus

Comment. in Don. IV 423 litteram duplicem etiam pro simplice posse poni, quando graeca sunt nomina, ut in hoc versu: impl. l. X.

---

31 (p. 358, 8a) Sanguine turbatus miscebat litora Xanthus

Ter. Maur. 1161 eodem conexu quo fr. 27: Sang. — Xanth. '*Fort. est idem cum priore versus, ut sit* implevit *ex glossa profectum' Bhr.*

Mors ecce †non tardat et omni adlabitur hora 32 (ib. 9)

Audax VII 333 K de caesura cata triton trochaeon: Mors — hora. ecce <et> *Bhr.*

Pontum pinus arat, sulcum premit alta carina 33 (ib. 11)

Isid. 1, 37, 3 metaphorae . . . ab inanimali ad inanimalia ut: Pont. — car. *Cf. Verg. Aen. 10, 296* sulcumque sibi premat ipsa carina, *ib. 197* longa sulcat maria alta carina. *In* alta *nihil mutandum, cf. Lucan. 8, 564* celsae carinae.

Te, Neptune pater, cui tempora cana crepanti 34 (p.388, 1)
cincta salo resonant, magnus cui perpete mento
profluit oceanus et flumina crinibus errant.

Ib. 37, 4 de metaphoris: ab animali ad inanimale ut: Tu (*nam sic Isid.*) — err. Mentum enim, tempora et crines non ad Oceanum pertinent, sed ad homines. *Cf. Aug. doctr. christ. 3, 7, 11 de Neptuno:* sicut a quodam poeta illorum describitur, si bene recolo, ita dicente: Te — err.

Iam ⟨madet⟩ adducta salsugine nubibus aether. 35 (p.358, 20)

Schol. Lucan. 4, 82 (raptosque ad nubila fluctus pertulit et caelo defusum reddidit aequor): iam adducata sal seginonubibus aetere. *Restituere conati sunt Haupt* (salsugine) *et Housman ut supra. Sed quam non certa haec sint discendum ab Usenero Kl. Schr. II p. 254.*

Iam ferus Hesperia lavitur Capricornus in unda 36 (p.389, 8)

Mar. Victorin. VI 125 item: Iam — unda. labitur A *p. 125, 11 et 13,* B *priore loco, dabitur* B *posteriore loco; corr. Bhr. coll. Prop. 4, 1, 86. Cf. Hor. carm 2, 17, 19* tyrannus Hesperiae Capricornus undae. *Tempori Augusteo dubitanter assignavit Bhr. Frgm. 37 excidit.*

---

38 (p.358, 15)

Ignoti facie, sed noti vellere Seres

Isid. orig. 9, 2, 40 Seres . . . de quibus est illud: Ign. — Ser.

---

39 (ib. 16)

Aligeros conscendit equos

Ib. 1, 37, 3 metaphorae . . . ab animali ad animale: Al. — equos.

---

40 (ib. 19)

non male respondit, male enim prior ille rogarat.

Quint. inst. 5, 13, 42 ut non sit ille inutilis versus: Non — rog.

---

41 (ib. 21)

magnae nunc hiscite terrae!

Ib. 9, 2, 26 unde sunt illa . . . magn. — terr. *Cf. Il. Δ 182 al. τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών.*

---

42 (p.359, 24)

Alta procelloso speculatur vertice Pallas.

Sen. epist. 77, 2 Cum intravere Capreas et promunturium, ex quo ' Alta — Pall.'

---

43 (ib. 23)

Ei mihi quam celeri rapiuntur grata volatu.

Gr. Lat. Suppl. p. 171 'ei' dolentis est ut: Ei — vol. Celeri . . . volatu *Ov. met. 4, 718. Frgm. suspectum.*

---

44 (ib. 29)

Felices nuptae! moriar nisi nubere dulce est.

Sen. contr. 6, 8 (p. 264 M) Virgo Vestalis scripsit hunc versum: Fel. — est.

---

45 (p.355, 15)

Musae Aonides

Comment. in Don. IV 424 K cum diphthongum vocalis sequitur: est . . . longa in hoc: Mus. Aon. *Cf. IV 479. V 118; VI 230 et 242; VII 232. Fort. a gramm. fictus.*

Ingenia immansueta suoque simillima caelo 46 (p.359, 25)

Sen. de ira 2, 15 in frigora septemtrionemque vergentibus immansueta ingenia sunt, ut ait poeta, suoque simillima caelo. *Versum enucleavit Bentley, Albinovano Pedoni post alios dedit Norden, Die germ. Urgesch. p. 115, 1.*

Suspendit teneros male fortis aranea cassis 47 (—)

C. Gl. L. V 175, 35 Casses genus masculinum. Virgilius (*georg. 4. 247*) <laxos in foribus suspendit aranea cassis et *nomen poetae*> susp. — cassis. *Hoc nihil nisi versum Vergilianum neglegenter citatum esse aegre credas. Itaque in glossa supplenda Thomsonium secutus sum (Amer. Journ. of Philology 43 [1922] 352) hactenus illo cautior quod nomen poetae, quem Aemilium Macrum fuisse coniecerat, in incerto reliqui.*

E Serioris aetatis versus

Praetextam in cista mures rosere camilli 48 (p.363)

Quint. inst. 8, 3, 19 risimus . . . nuper poetam qui dixerat: Praet. — cam. '*An legendum* Camilli *nom. propr.* ?' *Thes. l. L. III 205, 24.*

---

et geminum luctu concussit adultera mundum 49 (p.389, 2)

Fulg. myth. 2, 13 H. Ex hoc ovo generantur tres, Castor, Pollux et Helena, nihilominus seminarium scandali et discordiae sicut ante diximus 'et — mundum'. luctu *unus Marcianus* gemino *scribens*, luctum *cett.*, *corr. Modius* (gem. mund. *sc. Asiam et Europam*). *De Porfyrio, cuius versus bis laudat Fulg., cogitavit Bhr.*

Pythie, Delie, te colo, prospice votaque firma 50 (p.389, 4)

Mar. Victorin. 71 K. qui per singulos pedes verba terminarit erit indecens sicut: Pyth. — firma.

---

51 (ib. 7) Mars pater, haec pateris, quae nos quoque posse negamus?

Mar. Victorin. VI 107 ut est ille: Mars — neg. '*an* poteris'? *Bhr.*

---

52 (ib. 6) Non phocae turpes, non marcentes ballenae

Ib. 72 Hexameter in quo omnes spondei sunt ut: non — ball.

---

53 (ib. 9) provida larga ◡ _ sollers facunda decora

G L Suppl. p. CCXXXVII schesis onomaton . . . ut . . . prov. — dec. *Frgm. suspectum ut omnia ex hoc volumine sumpta!*

---

54 (ib. 11) in quis error inest nec spes est certa laborum

Ib. p. CCXXIV da eius (quis = quibus) exemplum: in — lab.

---

55 (p. 390, 14) Ast ego iam thiasos Bromio celebrabo renato

Mar. Victorin. 125 item: ast — ren. renato *vg.:* nato.

---

56 (ib. 15) Caelicolae Veneris sacra semina

Fortun. VI 285 K. tetram. acatal.: Cael — sem.

---

57 (ib. 16) Haec mare canificat nec agit freta caerula

Ib. pentam. acatal.: Haec — caer. *Cf. Ov. epist. Sapph. 65* peragit freta caerula remo. canif. *ἅπ. εἰϱ.*, candificat *Bhr.*

---

58 (ib. 17) Elio nam gabalus

Pomp. V 309 K. fuit imperator quidam Eliogabalus: si sic poneret, non poterat stare versus, sed sectionem fecit et interposuit 'nam': El. — gab. *Artificium Ausonio dignum, cf. Ep. V 36.*

---

pavimentum 59 (—)
sfungia fingebat

C. Gl. L. V 200, 28 Fingit format, alias tergit. Cicero (*Sest. 77*) <e foro spongiis effingi sanguinem et . . .> pav. — fing. et (*Verg. Aen. 8, 634*) corpora fingere lingua, id est ursa natos. pavi corripitur mentum *codd., ubi verbum e margine illatum sententiam e poeta quodam sumptam esse arguit qui vocis* pavimentum *syllabam alteram corripuit.* fingebat *Mountford*: fingebant. *Alicui poetae christiano assignat Mountford, Quotations from classical authors in medieval glossaries (1925) p. 129* .

Eripis ut perdas, perdis ut eripias 60 (p.358, 18)

Rufin. gramm. ed. Halm. p. 50 Μετάθεσις est cum quod ante dictum est postponitur et quod post dictum est ante ponitur ut: Er. — perd.

Et sit priscorum nescia posteritas 61 (—)

Aldhelm p. 178 Ehw. vocem posteritas *ut choriambi exemplum afferens:* Et — post.

---

lactea sanguineis lilia mixta rosis 62 (p.390, 18)

Mar. Victorin. VI 105 fit elegium tale: lact. — ros. *Cf. Prop. 1, 20, 37* lilia . . . candida purpureis mixta papaveribus.

---

nulla meo sedeat turba profana loco 63 (ib. 19)

Ib. p. 127 item: nulla — loco (*e Ter. Maur. 1864*).

---

candida caeruleo nata Venus pelago 64 (ib. 20)

Diom. I 507 K. pentam. eleg. cuius exemplum est: cand. — pel.

---

65 Roma, Roma cerne quanta sit deum benignitas
(ib. 22) *Mar. Victorin. VI 52* troch. tetram. catal.: Roma — ben. *Aug. mus. 5, 7.*

---

66 Caeruli Neptune rector, Conse litorum potens
(ib. 23) *Ib. p. 61* tetram . . .: Caer. — pot. caerule A B, *corr. Keil.*

---

67 Iuppiter tremenda sancte tela qui regis manu
(ib. 24) *Ib. p. 85* item: Iupp. — manu. tela *post* manu *codd., corr. edd.*

---

68 tale quale vere primo sibilat teres donax
(ib. 25) *Ib.* tale — don. *Cf. Fortun. VI 288, Frg. Bob. 622.* dulce *pro* primo *Mar. Victorin. Sereno tribuit Wernsdorf.*

---

69 † quae scabri latus trage valicta litoris vado
(p. 391, 26) *Frg. Bob. VI 622 post lacunam.* quae rapit ligustra grata lecta litoris vado *Keil, sed in verbis* trage valicta *forma qualis est* tegebat *latere videtur. Loquiturne de arbore* quae sacri latus tegebat icta l. v.?

---

70 Pastor ille saepe mane dulce carmen insonat
(ib. 27) *Mall. Theod. VI* 59 huius (*tetram troch.*) exemplum: Past. — ins. *Versus haud dubie fictus.*

---

71 Agite turba Phrygia nunc et quatite gravia tympana
(ib. 28) *Mar. Victorin. VI 144 K.* troch. tetram. catal. pluribus longis in breves solutis sic: ag. — tymp. est quatita *codd.*

---

72 Tolle thyrsos, aera pulsa, iam Lyaeus advenit
(ib. 29) *Serv. IV 460 K.* archilochium . . . ut est hoc: tolle — adv. '*Num fictus sit dubitari potest*' *Bhr.*

Galli timidi semianimes tergora vertunt. 73 (p.331, 9)

Ps. Bass. VI 263 ut Sotadei exemplum: Gall. — versant. *Cf. Mar. Victorin. VI 53; 91; 128 K.* versant *Ps. Bass.*, vertunt *Mar. Victorin.*

Cybele rotabo crines ◡ ◡ _ ◡ ◡ ◡ ◡ _ 74 (p.391, 30)

Mar. Victorin. VI 93 K. colon anaclomenon: Cyb. — crin. *Cf. Apul. met. 8, 27 de gallis:* crinesque pendulos in circulum rotantes.

---

praesentium divinitas caelestium 75 (ib. 34)

Ib. p. 79 pessimus . . . qui singula verba in dipodiis habet qualis est: praes. — cael. *Fort. a grammatico confictus.*

---

anus virente secta pinus in Crago 76 (ib. 35)

Diom. I 507 K. Iambicus qui verus est constat ex omnibus iambis ut: an. — Crag. *Cf. Hor. carm. 1, 21, 8* viridis Cragi.

---

misera marino quae timid⟨ul⟩a in litore 77 (ib. 38)

Rufin. VI 562 K. (*e Iubae libro quarto*) *inter iamborum exempla:* mis. — lit. timid⟨ul⟩ a litore *ten Brink.*

---

vallis per imas amne labens caerulo 78 (p.392, 39)

Ib. post fr. 74, primum hemist. etiam G L IV p. 458; VI p. 281 et 287 K.

---

armiger in Ida pede vago litora petens 79 (ib. 40)

Ib. post fr. 75, cf. Mar. Victorin. VI 49 K.

---

80 (ib. 41) caerula nec aliter liquida superans malaciae

Ib. post fr. 76. malaciae *Putsch:* malitiae. nec aliter *Keil ad exemplum versus Graeci 562, 2, ut responsio metrica efficiatur:* non al.

---

81 (ib. 48) Beneficia pro re colere sapientis viri est

Ib. quattuor breves primo pede . . . tamquam: ben. — est. *Cf. Liv. 7, 30, 3* beneficium acceptum colamus.

---

82 (ib. 49) acuta falce si virentis aesculos

Ib. p. 97 ut est hoc: ac. — aesc. *de metro errans.*

---

83 (ib. 50) ligare guttur pendulo cavum vinclo

Diom. I 507 huius (*scazontis*) exemplum est: lig. — vinclo.

---

84 (ib. 51) o quae tenerulae comparis tenes crinem,
sudes in ista Veia latent fossa

Rufin. VI 563 K. (*e Iuba*) choliambus . . . ut est . . . o — fossa 2 devia latens *Bergk. Duos versus coniunxit, coniunctos ad Matium rettulit L. Mue., rursus separavit O. Crusius qui inter Mattii frgm. dubia* (*Herondae mimiambi ed. min.*[5] *p. 97*) *recepit.*

---

85 (p. 393, 63) nemus ave reticuit, ager homine sonat

Mar. Victorin. VI 53 et 99 K. proceleum. tetram. catal. ut: nem. — son. hominem *codd.* silet *53*, sonat *99. Sereno dederunt Wernsdorf et Wagner Quaest. neot.* (*Diss. Lips. 1907*) *p. 47.*

---

86 (ib. 175) Ite igitur, Camenae,
fonticolae puellae,
quae canitis sub antris
mellifluos sonores,
quae lavitis capillum

purpureum Hippocrenae
fonte, ubi fusus olim
spumea lavit almus
ora iubis aquosis
Pegasus in nitentem
pervolaturus aethram.

Aug. mus. 3 p. 1116 (*Migne 32*) Ite — aethr. *1—4 etiam p. 1124.*

Diomeden modo magnum dea fecit, dea belli 87
dominatrix, Phrygas omnis ut in armis superaret. (p.400,
Patulis agmina campis iacuerunt data leto, 141)
pavidi tergaque dantes petierunt trepidae moenia Troiae

Ter. Maur. 2060 (*de metro apelassonos agens*) in carmine sic est: Diom. — Troiae. *Cf. Mar. Victorin. 64* (1 dea fec. — 2 Phryg.) *Terentiani ipsius an Septimi Sereni esset dubitabat Bentley ad Hor. carm. 3, 12. Ad rem v. Il. E 1 sqq.*

F Versus reciproci

versu volo, Liber, tua praedicentur acta, 88
acta praedicentur tua, Liber, volo versu. (p.402,
169)

Diom. I 516 K. reciprocus versus apud neotericos talis est: versu — versu. Sotadicus ex utraque, sed durus, ut possit ad recursum convenire.

---

esse bonus si vis, cole divos, optime Pansa, 89
omine felici, Pansa, precare deos. (p.403,
Pansa optime, divos cole, si vis bonus esse, 170)
deos precare, Pansa, felici omine.

Mar. Victorin. 113 (*de reciprocis versibus*) qui retrorsum dum leguntur longe aliud metrum ex se procreant, ut est hic elegus (1. 2). Ex his superior herous in sotadium recurrit sic (3), alter . . . sic (4). *Cf. Diom. I 510* (*3*), *513* (*3*), *516* (*1. 3*). *V. Leo, Hermes 24* [*1889*] *294, 2.*

---

90 pio precare ture caelestum omina;
(ib. 171) omina caelestum ture precare pio.

Diom. I 517 K. reciprocus item qui est talis: pio — pio: Hic decurrit iambicus, recurrit elegiacus. omina *bis Mue.:* nomina *vel sim.*

---

91 Ecce tumet vitis tua gemmis, optime Bacche.
(ib. 172) Bacche optime, gemmis tua vitis tumet ecce.

Mar. Victorin. VI 113 item (1) sotadium dabit tale (2) 1 gemmis t. v. *codd., corr. Camerarius.*

---

92 Roma, tibi subito motibus ibit amor
(ib. 173)

Sidon. epist. 9, 14, 4 hi sunt recurrentes qui metro stante neque litteris loco motis ut ab exordio ad terminum, sic a fine releguntur ad summum. Sic est illud antiquum: Roma — amor. *In hoc exemplo non voces, sed litterae a fine lectae eundem atque ab exordio versum efficiunt.*

---

93 Sole, medere pede, ede perede melos
(ib. 174)

Ib. et illud: Sole — mel.

APPENDIX

quo de fragmentis a Baehrensio receptis, a me omissis ratio redditur.

p.	34 Bhr.	Nutric. cant.	Versus restitui nequeunt
,,	34 ,,	T. Quinctii tabula	
,,	35 ,,	Inc. Vatic.	

,, 42 ,, Liv. Andr. 41 = TRF³ fr. 40, p. 6.

,, 48 ,, Naev. 36 Anapaesti ut vid., cf. Leo, Der Sat. Vers. p. 61 adn.

,, 51 ,, Naev. 61 v. ib.

,, 52 ,, ,, 63 non saturnius, sed senarius (Leo) poetae ὀνομαστὶ κωμῳδοῦντος.

,, 52 ,, ,, 64 = CRF³ p. 29.

,, 52 ,, ,, 65 = TRF³ p. 322.

,, 52 ,, ,, 66 = ib. p. 16.

,, 53 ,, Inc. 1—6 v. ib. p. 270 et 310.

,, 54 ,, fr. 2 scenicus Acci versus ut vid., cf. Goetz-Schoell in ed. Varronis de l. L. p. 268.

,, 54—55 Bhr. Tab. triumph. 1 et 2 a Bhr. incertissime restitutas repetere nolui.

,, 56 Bhr. fr. 3 prosa vid. esse.

,, 137 ,, ,, 2 = Lucr. I 186c, v. Bhr. p. 423 et testimonia grammaticorum ad h. v. in ed. Dielsiana.

,, 137 ,, fr. 3 = Enn. ann. 2 V².

,, 271 ,, ,, 30 = TRF³ p. 262.

,, 271 ,, ,, 32 v. ib.

,, 274 ,, ,, II 2 = CRF³ p. 191.

,, 280 ,, ,, 5 nihil est nisi testimonium ad fr. 1, 10.

,, 284 ,, ,, 5 e carmine sumpta haec esse non constat.

,, 286 ,, ,, 5 = CRF³ p. 191.

,, 289 ,, ,, 11a = TRF³ p. 4.

,, 293 ,, ,, 30 v. sub Chalcidio fr. 13.

,, 293 ,, ,, 1—3 v. CRF³ p. 301.

,, 296 ,, ,, 3 v. sub Naevio fr. 62.

p. 297 Bhr. fr. 7 = Varro Sat. Menipp. 591 Bue.

„ 298 „ „ Doss. tit. = CRF^3 p. 333.

„ 303 „ „ 9a v. sub Inc. Vers. p. 172.

„ 304 „ „ 14 apophthegma in versus redigere non licet.

„ 318 „ „ 7 ex opere pedestri sumptum.

„ 327 „ „ 4 v. CRF^3 p. 135.

„ 332 „ Cant. bib.: versus prave restituti.

„ 335 „ fr.15 = Ennius ann. v. 302 V^2.

„ 358 „ „ 12 = Luc. Phars. I 15.

„ 358 „ „ 14 = Iuvencus 3, 224.

„ 358 „ „ 17 = Luc. Phars. II 15.

„ 359 „ „ 22 = Prud. perist. 9, 1.

„ 359 „ „ 26 = Verg. Aen. 8, 702—703.

„ 359 „ „ 28 = Luc. Phars. 3, 751.

„ 376 „ „ 2 versus non est.

„ 388 „ „ 27 attributio parum certa.

„ 389 „ „ 10 = Auson. ep. 87, 2.

„ 389 „ „ 12 = Petron. Sat. 14, 2.

„ 389 „ „ 13 = Claudian. 10, 136 sqq.

„ 390 „ „ 21 = Prud. Cath. 9, 113.

„ 391 „ „ 32 = CRF^3 p. 135.

„ 391 „ „ 33 = TRF^3 p. 315.

„ 401 „ „ 148—150 = TRF^3 p. 279; 310; 314.

„ 401 „ „ 152 = Apollin. Sid. c. 9, 20.

„ 405 „ „ 1 = Carm. Lat. Ep. ed. Bue. 1490.

ADDENDA

P. 62 Laevius fr. 31 Cognomen Melissus *corruptum videtur Lammertio Hermes 62, 251. An* Laevius in Melissis, *ita ut* Melissae *titulus unius ex Erotopaegniis fuerit? Sic dubitanter Lamm.*

P. 105 Valgius Rufus fr. 2, 5—6 sic supplenda censeo: <Con>tra <si nu>llam credis mihi te sine vitam, noctem, non hilarum posse p<lacer>e d<iem>, *Ad* nullam . . . posse placere *cf. Hor. epist. 1, 19, 2* nulla placere . . . possunt. *Ad* non *ἀπὸ κοινοῦ positum cf. Quint. decl. XVII 11 p. 310, 2 Lehn.* venenum paro qui ministrum, qui non invenio conscium? *Ad* hilarus *epitheton ornans diei v. Thes. l. L. V 1055, 30.*

INDEX POETARUM